

De
13005



10232.





DE
PROPHETICIS, QUAE DICUNTUR, LEGENDIS
ARABICIS.

PROLEGOMENA.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONCESSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE FRIDERICA GUILIELMA BEROLINENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

DIE XVII M. MAII A. MDCCCLXXXIII

PUBLICICE DEFENDIT

AUCTOR

MARCELLUS LIDZBARSKI

PLOCCENSIS.

Adversarii erunt: J. LIPPERT, Dr. phil.
P. ROST, Dr. phil.
H. TÜRK, causarum patronus.

LIPSIAE

TYPIS GUILIELMI DRUGULINI

1893.



De 13005

PIAE MEMORIAE

FAUTORIS BENEVOLENTISSIMI

SIGISMUNDI LISSNER

D. V M. NOV. A. MDCCCLXXXII DEFUNCTI

SACRUM.





I.

De libris, in quibus de legendis propheticis agitur, commentatio.

Litterae legendarum propheticarum Arabicae (فَصْرُ الْأَنْبِيَاءِ) initium duxerunt ex historiis biblicis a Muhammede Corano insertis. Idque duabus de causis factum est. Primum cum hae historiae, quippe quae plerumque carptim atque obscure narratae sint, persaepe difficillimae sint intellectu, auctores librorum illorum id egerunt, ut legendas coranicas plene atque concinne describerent.

Deinde, quamquam nullo modo dubitari potest, quin Arabes quoque, imprimis urbani, aetate anteislamica suam mythologiam ac cosmogoniam etsi iam tum certe legendis biblicis commixtas habuerint, tamen doctrina coranica, quae eis Judaeorum ac Christianorum historiam legendariam unam credendam imposuit, accepta necesse fuit nova historiae primordia sive historiam biblicam componi.

Quibus rebus effectum est, ut legendae biblicae iam primis temporibus Islamismi conscriberentur.

Porro cum legendae propheticae biblicae essent, h. e. Arabibus alienae, consentaneum est eos, qui primi illas enarrandi auctores evaserunt, natione aut Judaeos aut Homeritas fuisse, quibus libri sacri haud ignoti fuerunt, primum quod a Dhu-Nowasio rege Judaismus acceptus erat, deinde quod multi Christiani Negrāni habitabant, tum quod Jemanenses cum Aethiopibus Christianis commercium habebant.

1. Jam 'Abīdus f. Šariae (عَبِيدُ بْنُ شَرِيَّةٍ), Muhammedis aequalis, librum scripsisse traditur, in quo causas linguarum confusarum hominumque per urbes dispersorum enarraret.¹ Quamquam hic

¹ Ibn Coteiba p. 265 inf.; Fihrist p. 89 l. 25 sqq.; Wüstenfeld, Die Geschichtschreiber der Araber, 5; Goldziher, Muham. Studien I, p. 182.

liber non ab 'Abido ipso sed post obitum ejus jussu Muawijae litteris mandatus est.¹ Mas'ûdii temporibus pervulgatus fuit² atque ab aliis quoque auctoribus saepe citatur.³ Verum 'Abidus, cum homo fabulosissimus fuerit, contra Fihristi testimonium haud scio an libri illius auctor falso nominatus sit.

Ceterum nullo modo hic liber eo uno consilio scriptus est, ut legendae biblicae referrentur. Immo vero, cum inscribatur *كتاب الملوك وأخبار الماضين*, verisimile est in eo praecipue historiam regum sc. Homeritarum (*ملوك اليمن*, ut in *Kitâb el ma'ârif* legimus, non ut in Fihristo *ibid.* l. 26 *ملوك العرب والعجم*) conscriptam esse, historia biblica modo inde ab origine mundi usque ad Qaḥṭanum relata. Accedit quod 'Abidus a posterioribus in biblicis quidem historiis narrandis numquam, in fabulis de regibus Homeritarum relatis saepe laudatur.⁴ Etiam liber Ibn Hišâmii, qui inscribitur *كتاب التيجان ملوك الزمان* ita, ut dixi, compositus est.

2. Certiora autem de libro alio non permulto post illum scripto traduntur, qui liber a Wahbio f. Munabbihî (*وهب بن منبّه*) compositus *قصص الأنبياء* sive *المبتدأ* inscribitur.

Ut titulus ipse indicat, auctor libri huius proprie legendas propheticas prosecutus est, atque Ḥaġi-Chalfa auctore (*IV p. 518 s. n. 9436*). Wahbiius primus ejusmodi librum composuit. Sed ut 'Abidi liber, ita etiam hic, quod sciamus, ad tempora nostra non servatus est, quamquam a rerum scriptoribus atque commentatoribus Arabibus saepe laudatur. Sic Mas'ûdius (*l. c. I, p. 10*) Wahbium inter eos auctores enumerat, quibus in opere suo scribendo usus est. Etiam de fabula Sancti Georgii dicit (*I, p. 127*): *وذلك موجود في كتب المبتدأ والسير لوهب بن منبّه وغيره*. Tum Ibn Ḥaġar⁶ e

¹ Fihrist *ibid.* — ² *Prairies d'or*, IV p. 89.

³ vid. Goldziher, *lib. c. p. 204 not. 1.* — ⁴ cfr. Kremer, *Die sudarabische Sage* p. 46 sqq.; *Cod. Petern.* I 184 (*Commentarius in carmen Homeritanum compositus*) f. 121b, 5; 127b, 8. inf.; 128a, 5. inf.; 129a, 5; 130a, 3, 5; al.

⁵ Ceterum voces *المبتدأ والسير* a Barbier de Meynard partim obscure partim falso vocibus *De l'origine et des coutumes* versae sunt. Vox *المبتدأ* hoc loco idem significat ac *مبتدأ الخلق*, h. e. originem mundi, voce *السير* vitae prophetarum intelleguntur, ut titulus ille, qui ab auctoribus saepe uno verbo *المبتدأ* laudatur, idem denotet, quod *قصص الانبياء*.

⁶ *Iṣābe* I, p. 887 l. 9 sqq.

libro المبتدأ traditionem de Chađiro citat. Atque etiam Tha'labius in indice librorum, quos ad commentarium in Coranum componendum adhibuit,¹ opus Wahbii laudat atque catenam omnem traditionum refert: كتاب المبتدأ أثبأنى أبو نعيم عبد الملك بن الحسن بن محمد بن إسحاق الأزهرى وأبو عبد الله محمد بن عبد الله بن محمد الصبى وأبو الحسن على بن محمد بن على بن المفضل المقرئ (؟) قالوا أخبرنا أبو محمد الحسن بن محمد بن إسحاق الأزهرى ابن أخت أبى عوانة قالوا أخبرنا أبو الحسن محمد بن أحمد بن البراء العميدى سنة ثمان وثمانين ومائتين قال قرأنا على أبى عبد الله عبد المنعم بن إدريس عن أبيه عن وهب بن منبه²

Si autem infra demonstratum erit, ejusdem auctoris libro, qui inscribitur غرائب المكائيل, nil nisi fabulas biblicas ex illo commentario receptas atque ordine chronologico dispositas exhiberi, non negabitur Tha'labium ad hunc quoque librum componendum Wahbio auctore usum esse.

Wüstenfeldius³ etiam quattuor locos ab Ibn-Athiro secundum Wahbium citatos e libro قصص sumptos esse putat. Sed ex quattuor illis tres in Tabarii Annalibus inveniuntur:

IA I 11 —	Tab. I 8
„ I 13 —	„ I 35
„ I 55 —	„ I 211,

locus autem quartus (IA I 222) ex libro Arâis⁴ sumptus est. Non verbotenus; scimus autem Ibn-Athirum ea, quae e libris aliorum hausit, partim contraxisse partim ad aetatem ipsius accommodasse.⁵

Jam videamus, utrum Tabarius ea, quae in historiis biblicis narrandis ex Wahbio citavit, e libro illo sumpserit, necne. E libro Tabarii ipso ne id quidem cognosci potest, resne illas litteris an verbis acceperit. Cum locis citatis catenas praemiserit opinari

¹ Cod. Sprenger 409 p. 4 sqq.; tum Cat. libr. Arab. Musei Britannici p. 373, ubi catenis omissis tituli modo operum inveniuntur.

² Cod. Spr. 409, p. 13 l. ult. sqq.; cum codicis totius tum huius loci scriptura valde detrita est, ut quae supra allata sunt magis coniectura quam oculis inventa sint. — 3 lib. cit. n. 16 not. 2.

⁴ ed. Cairo a. h. 1306 p. 211 l. 12 sqq.

⁵ cfr Brockelmann, Das Verhältnis von Ibn el Ađirs Kâmil fit-ta'riđ zu Tabaris Ađbâr er-rusul wal mulúk p. 5 sqq.

possimus illos verbis traditos esse; notum vero est scriptores Arabes plerumque etiam ea, quae ex libris haurirent, consulto cum catenis scribarum tradidisse, quasi verbis accepta.¹ Sed consideremus catenas ipsas! Quarum saepissime haec invenitur: مُحَمَّدُ بْنُ سَهْلٍ بْنِ عَسْكَرٍ دَمًا إِسْمَاعِيلَ بْنِ عَبْدِ الْكَرِيمِ قَالَ حَدَّثَنِي عَبْدُ الصَّمَدِ أَنَّهُ سَمِعَ وَهْبَ التَّمِيمِيِّ حَيْثُ قَالَ حَدَّثَنَا ابْنُ حَمِيْدٍ أَنَّهُ سَمِعَ وَهْبَ التَّمِيمِيِّ حَيْثُ قَالَ حَدَّثَنَا ابْنُ إِسْحَاقَ قَالَ حَدَّثَنِي عَنْ وَهْبِ التَّمِيمِيِّ 158 ANNIS ANTE TABARIUM DEFUNCTUS EST, neque tamen plus duo auctores illi praemittuntur. Itaque vix credere possumus traditionem verbis solum a Wahbio usque ad Tabarium pervenisse. Immo opinio animo obicitur hunc res secundum Wahbium traditas e libro scripto sumpsisse.

Mirum vero est, quod Tabarius varias catenas traditionibus Wahbianis praemittit, neque ulla earum cum catena in libro el-Mubtada Tha'labiano posita congruit. Sed respiciendum nobis est libros, qui Wahbio addicuntur, nullo modo ab eo ipso litteris mandatos esse. Immo illi libri haud dubie pariter ac Aristotelis atque omnia primae Islamismi aetatis opera (cfr. Sprenger *ibid.*) a discipulis e sermone magistrorum compositi sunt,⁴ ita, ut complures traditiones ejusdem operis exstare possent. Ea causa fuit, quod traditiones apud scriptores, a quibus Wahbio citatur, et eos quidem, quos auctoritate Wahbii abusos esse non verisimile est, saepe inter se differunt. Abd-el-Mun'imi vero f. Idrisi, Wahbii nepotis traditio, quae المَبْتَدَأُ inscribitur atque etiam a Tha'labio adhibita est, notissima videtur fuisse. Quin etiam el-Fihrist (p. 94 l. 7 sq.) omnino ei non Wahbio librum adiudicat.

Eidem Wahbio liber attribuitur, cui كِتَابُ الْإِسْرَائِيلِيَّاتِ inscriptum est.⁵ Sed cum Arabes voci الْإِسْرَائِيلِيَّاتِ eandem vim quam vocibus قِصَصِ الْأَنْبِيَاءِ supposuerint, dicam hunc librum

¹ Sprenger in ZDMG X p. 7 sq.; Goldziher, *Muh. St.* II, p. 196.

² I pp. 8, 36, 37, 39, 181, al. — 3 pp. 471, 504, 539, al.

⁴ In indice librorum a Tha'labio ad Commentarium componendum adhibitorum (vide supra) commentarii Ibn Abbāsii octo (*Cat. Mus. Brit.* sex) versiones, Muḡāhidi quattuor, Qatādae tres, Muḡātīli quattuor etc. traduntur. Cfr. etiam *Fihrist* p. 33 l. 21 sqq. — ⁵ Ḥaḡ. Chalf. V p. 40 s. n. 9826.

nil nisi traditionem quandam libri fuisse de legendis propheticis scripti.

3. Jam supra dixi Ibn Hisâmium in libro, qui inscribitur et-Tiġân, historiae, quae dicitur, Homeritanae principia ab origine mundi usque ad Qahtânum Wahbio uno auctore prosequi. Quod satis copiose fecit (f. 1b—18b), ut operae pretium videatur esse pauca de hac parte libri disserere.¹

Cum enim in libris, quibus proprie legendae propheticae tractantur, eorum solum prophetarum ratio habeatur, quorum in vitis multa fabulosa inerant, et maxime eorum, qui in Corano aut nominantur aut significantur, isto in libro ordo chronologicus successorum Adami diligenter servatus est. Narratur de Seth (f. 11 a), Enoś, Cainan (12a) Malaleel, Jared, Henoch (12b), Methusala, Lamech (13a), Noe (13b), Sem (14b), Arphaxad (16a), Šalih, Abir (16b), Hüd (18 a). Successores patriarcharum وَصِيَِّ nominantur, eam haud dubie ob causam, quod, ut in libris pseudoepigraphis Veteris Testamenti est, Sethitae praecepta et libros sacros possedissem narrantur, quae filiis tamquam sequenda reliquerint. Praeterea etiam formae Hebraicae atque Syriacae nominum cum versionibus Arabicis secundum Wahbium memorantur. Quae annotationes, cum nos doceant, quae cognitio linguae et Hebraicae et Syriacae primis Islâmismi saeculis in Arabibus fuerint, hoc loco ponantur.

Cod. Gl. f. 11 a l. 7, de Adamo. ¹ واسمه الذي في التوراة على ² موسى آدم بالذال ³ واسمه بالسرياني والعربي آدم.

¹ In codice Glaseriano 97 f. 1 b. hanc catenam legimus: حدَّثنا أبو محمد عبد الملك بن هشام عن أسد بن موسى عن أبي إدريس عن ابن سنان عن جدّه لأمته عن وهب بن منبّه أنّه قال النخ ² Sed hac et cum textu Musei Britannici (Or. 2424), cuius initium vir doct. Winckler descripsit atque apographum mihi utendum tradidit, et cum genealogia Fihristi (p. 94) comparata elucet multos errores in illam irrepsisse. Pro ³ ابن أبي إدريس legendum est ابن إدريس, quam lectionem etiam in commentario Tha'labii invenimus. Item vocem ⁴ عن, quae ante ابن سنان et وهب est, eradi oportet, cum Wahbius ipse avus, Ibn-Sinâni fuerit.

² Verba ³ بالذال — واسمه in Cod. Brit. (f. 6 b l. 7 inf.) non inveniuntur.

³ Haec de nominis Adami enunciatione verba fortasse a scribis confusa sunt, quibus nescio an hoc argumentum subsit, nomen Adami syriace littera ⁴ aspirata enuntari.



ibid. l. 11 de Seth. **خَلْفٌ** ² بالعربيّ ¹ واسمه ¹ بالعربيّ ² **خَلْفٌ**

وشائت بالسريانيّ ² وتفسيره بالعربيّ ³ نصب ⁴.

f. 12 a l. 12, de Enoś. **اللسان العبرانيّ إنوس بكسر الألف**

والسين وتفسيره باللسان العربيّ إنسان واسمه بالسريانيّ بفتح الألف [وبالشيخين] **أنوش** وتفسيره باللسان العربيّ صادق ⁵.

¹ Cod. Br. 6 b l. 4 inf. rectius: **وتفسيره**.

² ibid.: **باللسان السريانيّ، باللسان العربيّ**.

³ In Cod. Gl. hic falso verbum **خلف** repetitum est.

⁴ De nominis Sethi vi multum a Patribus disputatum est (cfr. Fabricius, Codex Pseudoepigraphus Vet. Test., Hamburgi 1722 sq. p. 145, not. 1). Explicatio nominis litteris **نصب**, sive **نُصِبَ** sive **نُصِبْتُ** legis, et verae nominis significationi et explicationi Hieronymi respondet (cfr. Hieronymi librum de nominibus Hebraicis — Migne, Patrologia lat. XXIII a. 1845 col. 771 sqq. — col. 783, 1166, 1270: Seth, positio vel positus). Versio autem nominis litteris **خلف**, si **خَلْفٌ** i. e. „diversus“ legis, respondet quidem sententiae sectarum quarundam (cfr. Epiphanius, Haer. XL 7—ed. Dindorf II, p. 284 l. 17—: Σηθ̄ ὄν και ἄλλογενῆ καλοῦσιν), sed verisimilius est **خَلْفٌ** legendum esse — cfr. etiam Tabari I, p. 152 l. 21—, quam interpretationem ita ortam esse puto.

Qui locum Gen. 4, 25 hebraice legit, dubitare non potuit, quin explicatio nominis Seth in voce **שֵׁט** posita esset. Ceteri vero verba „posuit mihi Deus semen aliud pro Habel“ legentes nesciebant, qua voce explicatio contineretur. Vocibus „semen aliud“ respectis illud **ἄλλογενῆς** ortum esse videtur. Alii autem voces „posuit pro“ respexerunt, itaque apud Epiphanium scriptum videmus (haer. XXXIX 5—ed. Dindorf II, p. 284 l. 17): Σηθ̄ ὄπερ ἐρμηνεύεται ἀνταλλαγῆ. Cui ipsi voci verbum Syriacum **سَخَف** respondet, ut vox **שֵׁט** in versionibus targumicis et Syriacis voce **שֵׁט**, **سَخَف** translata est. Hanc explicationem nominis etiam auctor Syrus videtur Arabi quaerenti dicere voluisse. Ignorabat autem in lingua Arabica potius **بدل** quam **خلف** voci **سَخَف** respondere. Cfr. Tab. I. p. 153 l. 3 verba Gabrielis de Seth: **هَذَا هَيْئُهُ** **سَخَف** **بَدَل** **هَيْئُهُ**. **اللّٰهُ بَدَلٌ هَابِيل**. (Verba **سَخَف** **هَيْئُهُ** **اللّٰهُ** respondent verbis **שֵׁט** **לִי** **אֱלֹהִים** versa sunt).

⁵ In cod. Br. f. 7 a l. 7 inf. sqq. contra scriptum est nomen Enoś hebraice littera **ש**, syriace **س** enuntiari. Pro **صادق** falso **صادقا** traditum est. Sed nomen Enoś ita explicatum apud Patres (cfr. Fabricius, l. c. p. 157 not. 1) non invenitur. Eusebius quidem in Praep. Evang. VII, 8, 5 (ed. Dindorf I, p. 352) dicit: 'Ενώς ὅπερ ἐστὶν ἀληθῆς ἄνθρωπος, sed hoc loco voci ἀληθῆς vis germani (wirklich) subest (cfr. Philo ed. Richter IV, p. 6 sup.). Nescio autem, an mira illa explicatio inde orta sit, quod saepe nomen Enośi cum Noe confusum est (cfr. Hieronymus l. c. col. 1165 not. b), cui nomini etiam vis δικαίος supposita est. Cfr. Migne ibid. col. 1287, Philo I, p. 300 IV p. 9: Νῶε ὁ ἐρμηνεύεται δικαίος (e Gen. 6, 9: Νῶε ἄνθρωπος δικαίος — נֹחַ אִישׁ צַדִּיק). De nomine apud Syros explicato cfr. Payne-Smith col. 261.

ibid. l. 11 de Cainan: **قَيْنَان** [اسم] عبراني وتفسيره بالعربي **مُسْتَرِي** (ي) ¹ وكذلك اسمه بالسرياني واسمه في الإنجيل **قائنان** ² وتفسيره

باللسان العربي عيسى. ³

f. 12 b l. 6, de Malaleel: **مَمْلَائِيل** اسم عبراني وتفسيره باللسان

العربي **مَمْدُوخ** ⁴ واسمه بالسرياني في الإنجيل **مالان** ⁵ وبالعربي **مُسْتِيح** ⁶ الله.

ibid. l. 10, de Jared: **جَارِد** اسم في التوراة عبراني وتفسيره بالعربي **هَابِط** ⁷

ibid. l. 13, de Henoch: **هَنُوح** اسم بالعربي **إِدْرِيس**

f. 13 a l. 11, de Methusala: **مَثُوشَلَح** اسمه بالعبراني وتفسيره **مَطْلُوق** ⁸ وبالسرياني **مَتَشَالِح** ⁹ بالعربي

¹ اشتري = קנה

² cod. Glas.: **ارجان** cod. Br. (ibid. l. ult.): **واسان**, ubi certo ex **وا** et **وا** corruptum est. Pro **فصيح** re vera etiam **ماسب** invenitur, cfr. Payne-Smith col. 399 s. v. **أَفْصَحِم**.

³ Hoc interpretari non possum.

⁴ Animo auctoris Hebraei litteris **לל** neglectis forma part. pass. verbi **ללל** obversata videtur esse.

⁵ Cod. Br. f. 7 b l. 3 formam **مالاتي** exhibet; haud dubie utraque forma corrupta est.

⁶ Cod. Gl. **مسيح**, cod. Br. **مسيح**. In scribarum animis vox **مسيح** videtur fuisse. — Priorem nominis partem etiam Origenes et Hieronymus participium act. duxerunt, cfr. Migne ibid. col. 1235: **Μελελειη ὑμῶν θεόν**; hic et 1166 Hieronymi versio: laudans Deum. Cfr. etiam Bar Bahlul apud Payne-Smith col. 2026: **مدهللا نجح لهصلا جلدوا**.

⁷ Ambo codices **صابط** habent. Etiam Hieronymus nomen interpretans participio act. „descendens“ utitur (l. c. 1165, 1227).

⁸ Auctor Hebraeus videtur nomen Methusalae participium Hithpael opinatus esse, qui error etiam alias invenitur, cfr. Hieronymus l. c. col. 1166: **Mathusala: ἀπεσταλμένος**, missus; idem l. c. col. 1265 secundum Origenem.

⁹ In cod. Br. f. 7 b l. 9 hoc loco verba: **وتفسيره بالعربي باب الرسول** addita sunt. Sed pro **باب الرسول** puto legendum esse: **مات الرسول**. Nam in priore parte nominis **מת** permulti radicem **מוט** inesse opinabantur. Cfr. Philo II, p. 13, 14: **ἐρμηνεύεται . . . Μαθουσαλὴμ ἐξαποστολὴ θανάτου**; Hieronymus l. c. 1166: mortis emissio, vel mortuus est et interrogavit (nomen Methusalae cum **מתושאל** commiscens; cfr. explicationem huius nominis apud Lutherum — Opera latina exegetica ed. Elsparger p. 61 — „**מת** significat mortem, **שאל** petere“) atque 1236: mortuus est et misit. Denique Bar Bahlul apud Payne-Smith col. 2246 s. v.: **مدهللا جلدوا رسولا الموت**.



ibid. l. 15 de Lamech: لامع اسم عبراني وهو بالعربي ملك¹
وبالسرياني لامع.

f. 16a l. 3 de Sem: وسام تفسيره بالعربي أسماء²

ibid. l. ult. de Arphaxad: وأرفخسد³ ومضباح³
باللسان السرياني وبالعبراني أرفخشاد

f. 16b l. 15 de Selach: وسال⁴ بالعربي وكيل⁵

Tum id quod neque in Tabarii neque Thālabii citatis Wahbianis invenimus, numeri annorum omnium patriarcharum enumerantur, e quibus exceptis eis, quos a scribis corruptos esse apertum est, ut in numero aetatis Enoši (950 pro 905, خمس⁶ pro خمسين) et Cainani (920 pro 910, عشر⁶ pro عشرين) non amplius duo annorum numeri a pentateucho differunt. Sunt numeri Adami (927 pro 930 bibliorum) et Mahalelis (920 pro 895). Inde simul colligi potest etiam Ibn-Hisāmium non ex traditione orali Wahbium citare. Nam et in legendis narrandis minima subtilitas adhibebatur, et numeri difficillime memoria tenentur.

Verisimile autem est Ibn-Hisāmium non e libro de legendis propheticis sed e libro de regibus Homeritanis scripto⁷ hausisse, quo in libro haud dubie ab origine mundi initium narrandi sumptum est. Quamquam hic liber non multa de ipsa regum Homeritarum coronatorum, quae dicitur, historia videtur continuisse; neque enim laudatur, cum haec historia ab aliis postea tractatur.⁸

¹ Hoc e cod. Br. ibid. l. 7 pro ملك correxi.

² Sic! sed forsitan أسما in codicibus per errorem ex اسم ortum est, idque eo, quod inferior pars litterae م finalis a scriba quodam nimis in sublime ducta est; cfr. supra صادق pro صادق.

³ Et recentioribus et veteribus difficillimum fuit nomen Arphaxad interpretari atque idcirco Patres miras in sententias inciderunt; cfr. Hieronymus l. c. 1165 1211, 1281. Fortasse etymologus quidam in litteris ארז vocem „lumen“ inesse arbitratus est.

⁴ Cod. Br. f. 9a l. 15: شال⁴.

⁵ Verbo שלל saepe vis verbi وكل subest; in part. pass. alii quoque nomen verterunt, cfr. Hieronymus l. c. 1165: Σαλῆδ (pro Σαλεχ) ἀπεσταλμένος.

⁶ Hi errores in Cod. Gl. solo inveniuntur, Cod. Br. rectas lectiones habet.

⁷ Ibn Challican, ed. Cairo (a. 1299) III, p. 106.

⁸ Omnibus locis, quibus in commentario carminis Homeritani Wahbii auctoritas laudatur, uno excepto historia illa non tractatur. Cod. Peterm. 184 f. 121 b l. 10 sqq. de vento illo haud foecundo (الرياح العقيم) cfr. Cor. 51, 41) ac de sepulcro Hâdi, f. 141 a l. 8 sqq. de Salomone, f. 143 a l. 2 sqq. de Rehabeam (رحبعيم بن سليمان) agit. Loco f. 138 a l. ult. sq. uno nonnulla de rege er-Râis narrantur.

Denique, ut liber hic e libris Arabicis memoriae nostrae servatis, in quibus legendae biblicae narrantur, vetustissimus est, ita forma quoque earum simplicissima. Amplificationes arbitrariae Muhammedanorum posteriorum, quarum summas in opere Kisaii invenis, in hoc libro non ita multae sunt, sed quae hic continentur, quamvis [verbose exornata sint, tamen e libris Judaeorum atque Christianorum aut ex Corano fluxerunt.

4. In legendis biblicis ex fontibus enarrandis magis progressus est Ibn-Coteiba in libro, cui inscriptum est, el-Ma'ârif. Nam cum in libro et-Tigân fabulae, quae in bibliis ipsis narratae sunt, non distinguantur ab eis, quas in libris haggadicis aut apocryphis invenimus, in libro Ibn-Coteibae diligenter disjunguntur. Historias enim biblicas hic scriptor e bibliis ipsis citat, apocryphis voces *في هذا ما في التوربة وأما وهب* 12 l. 8 p. praemittit, sicut p. 8 l. 12: *ابن منبه فذكر*¹

Narrationes biblicas ex bibliis ipsis hausit. Sic p. 6 l. 5 dicit *وقرأت في التوربة في أول سفر من أسفارها*, et profecto, quae narrat, verbotenus cum verbis biblicis congruunt. Neque mirum est, cum veri haud dissimile sit aetate ejus biblia iam in linguam Arabicam translata esse plerisque Judaeis illis temporibus arabice loquentibus.² Etiam ad hoc animus advertendus est, Saadium Gaonem aequalem Ibn-Coteibae fuisse.

Atque hunc scriptorem, qua erat diligentia, eis quoque locis, quibus Wahbium citat, veris traditionibus usum esse puto, etsi e fonte Ibn-Hisâmii haud dubie non hausit. Nam multa ab eo narrata in illius libro non inveniuntur, alia huic repugnant. Id imprimis in numeris annorum patriarcharum videmus. Cum enim in Ibn-Hisâmii libro, ut supra diximus, numeri secundum Wahbium relati duobus exceptis cum numeris bibliorum congruant, in libro Ibn-Coteibae his opponuntur. Ita Ibn-Coteiba dicit (p. 10 l. 8, 7 inf.) Adamum secundum pentateuchum 930 annos, secundum Wahbium mille annos vixisse; Noëm secundum pentateuchum 950 annos, secundum Wahbium mille annos egisse (p. 13 l. 4);³ Abrahamum secundum

¹ Cfr. etiam Goldziher in ZDMG XXXII, p. 357 sq.

² Quae vero Abdallah f. Salâm el-Ingîli (Fihrist p. 22 l. 7 sqq.) de libris sacris a se translatis dicit, ficta mihi videntur esse.

³ Contra Zamachârius (Keššâf ed. Lees p. 1073 l. paenult.): *وعن وهب أنه (نوحًا) عاش ألفًا وأربعمائة سنة*.

pentateuchum 175, secundum Wahbium 200 annos confecisse (p. 18 l. 1). Verum facile perspicitur numeros Ibn-Coteibae ad summas solidas (runde Zahlen) esse relatos, quod cur factum sit, intelliges, si eos ex libro fabularum, fortasse e forma quadam libri el-Mubtada depromptos esse sumpseris, in quibus narrandis numerorum fides parum diligenter servatur.

Sed legendae ipsae libri el-Ma'arîf multis locis a legendis libri et-Tîgân aut differunt aut eis plane contrariae sunt. Id iam in prima fabula ab Ibn-Coteiba secundum Wahbium citata (p. 8 l. 12 sqq.) perspicitur. Namque ille narrat genios (الجن) ante Adamum natum terram incoluisse tum vero, cum impii exstitissent, ab angelis Ibliso duce terra depulsos esse. Legamus autem verba Ibn-Hisâmii (f. 3a l. 4 inf. sqq.): قال وهب وإن الله لما خلق الجنة حيث شاء كيف شاء وخلق النار وصار إبليس والجان إلى الجنة فجعلوا ينناسلون في الجنة وبقى بعضهم على بعض وعصوا الله وسفك بعضهم دماء بعض (3b l. 7) فَأَوْحَى اللَّهُ إِلَى جِبْرِيلَ أَنْ أَخْرِجِ الْجِنَّ مِنَ الْجَنَّةِ وَطَهِّرْ مِنْهُمْ جَنَّتِي فَأَخْرَجَهُمْ جِبْرِيلُ إِلَى أَرْضِنَا هَذِهِ وَأَسْكَنَهُمْ جَزَائِرَ وَقِفَارِ الْأَرْضِ الْخ. Hic igitur narratum est genios primum non terram sed paradisum incoluisse, Iblisum inter eos, non in angelis fuisse, quocum illi propter impietatem in terram deiecti essent.¹ Alio loco Ibn-Coteiba narrat secundum Wahbium in arca Noës quadraginta viros et quadraginta feminas fuisse (p. 12 l. 4, 3 inf.), cum in libro et-Tîgân legamus (f. 14a l. 6) septuaginta viros ibi fuisse.

Verear dicere Ibn-Coteibam aut Ibn-Hisâmium Wahbium auctorem scientes falso legendis praescripsisse, id quod, quamvis ab aliis factum est, ab eis haud verisimile videtur peccatum esse. Immo causam illius discrepantiae in fide illa „traditorum“ petendam esse putaverim, qui, cum codices transcriberent, quaecumque eis placebant, sive e libris aliis repetita, sive ab ipsis ficta, textibus inserebant. Neque scio, an iam tum aliorum opera Wahbio attributa sint, ut postea factum est. (vid. infra p. 21).

5. Proximum opus, in quo legendae biblicae tractatae sunt, est liber Annalium a Tabario compositus. Magna pars huius libri in fabulis illis enarrandis versatur (I, p. 1—813), quamquam interdum aliae res intercalatae sunt. Ratio scriptoris huius cum

¹ Ea, quae Ibn-Coteiba ad Wahbii fidem narrat, Tabarius (I, p. 81 l. 16 sqq.) secundum Ibn-Abbasium tradit.

Ibn-Coteiba comparata iure deterior habenda est. Ṭabarius enim, cum historiam biblicam ex doctrina islamica tractet, propter multos errores Corani traditionisque illam saepe falso prosequitur.

Sic verbis Ibn-Ishâqii: „Deus primum lucem tenebrasque creavit, tum eas dissolvit: tenebras noctem nigram tenebrosam, lucem diem splendidum luminosum reddidit“ (p. 31 l. 14 sq.)¹ contradicit, etsi verba Ibn-Ishâqii laudata de primis Geneseos versibus deprompta sunt.² Tamen quae libro continentur propterea magni momenti sunt, quod in plerisque libris posterioribus, et legendariis et historicis, multa ex eo excerpta inveniuntur. Praeterea auctor maxime operam navavit, ut summa diligentia legendas ad fidem auctorum veterum catenis additis traderet. Tum fontes permultarum legendarum ab eo traditarum ex libris aut Christianorum aut Judaeorum oriuntur.

In hac parte operis edenda fontibus legendarum praeteritis codicum Arabicorum modo apparatus adhibitus est. Quamobrem imprimis nomina, nisi lectiones iustae facile ex bibliis appareant, saepe haud recte expressa sunt. Cujus rei exempla nonnulla afferre liceat. P. 146 l. 13 legimus Abelis sorori nomen ليودا fuisse. „Spelunca“ quidem, in qua II, p. 34 l. 2 nomen حدهو scriptum videmus, post primam partem operis Tabariani edita est, sed nomen illud ليودا legendum esse vel e libris antea vulgatis apparet.³ Atque etiam nomina uxorum Sethitarum, quas Ṭabarius ad fidem Ibn-Ishâqii affert, ex libro Jubilaeorum et ex nominibus e codice LXX Basileensi (B VI, 18) a Lagardio in notis „Geneseos“ (Lips. 1868) editis⁴ restitui poterant. Jaredi uxore in libro Jubileorum (ed. Dillmann p. 17 l. 10. 11) ηζη: ωατ: ζουζεδ: (ζουζεδ:) et Gen. Lagard. p. 18 nott. l. 3 βαραχα θυγάτηρ άσουηλ (ubi ῥ omissum est) nominata in libro Ṭabarii p. 172 l. 15 non legendum est بركا ابنة الرسويل, sed in formam عربا ابنة عزرائيل emendari oportebat. Porro lectione الرسوسيل

¹ Omnes loci in hoc libello e Ṭabarii Annalibus citati, nisi aliam seriem significo, e prima sumpti sunt.

² Alias non veretur portentis illis fabulatorum adversari. Cfr. p. 522 (bis): قال أبو جعفر أنا أشك.

³ Bar Hebraei Chronicon ed. Bruns et Kirsch p. 3 l. ult.; Dillmann in „Jahrbücher der bibl. Wissenschaft“ V, p. 139 not. 52; cfr. etiam formas nominis a Rönsch in libro „Buch der Jubiläen“ p. 373 inf. collocatas.

⁴ Nomina haec libri Jubil. et codicis Basil. inter se congruere Rönsch invenit (ibid. p. 367 sqq.).

(p. 177 l. 9) cum **ἁ.ε.ϛγ. ω.α.τ. ἁ.η.ε.κ.δ.** (acc.; p. 19 l. 5) et ἐδνὰ θυγάτηρ ἐζουήλ (p. 19 nott. l. 2) comparata elucet عدنا legendum esse. Eadem in pagina (l. 14) legimus قينوش ابنة براكيل, cum in libro Jubil. (p. 19 l. 8, 9) **α.τ.ϛθ. ω.α.τ. α.ε.η.κ.δ.** et Gen. ibid. l. 18 βεθενως θυγάτηρ βαραχιήλ scriptum videamus. ut recte بننوس legendum sit, atque pro عمروة ابنة براكيل (l. 18, IA lectionem عزرة habet) ex **ἁ.ρ.η.ε. ω.α.τ. ε.η.κ.δ.** (p. 20 l. 3, 4) et ἐμζαρα θυγάτηρ βαραχιήλ (p. 20 nott. l. 7) عمزرة ابنة رايكيل vel براكيل scribendum fuit.

Sed praeter nomina textus ipse ex fontibus legendarum corrigi potuit. Quod ad demonstrandum sufficiet unum exemplum. Legimus p. 720 l. 12 نيموزرادان صاحب الغيل. Tn **et** T quidem lectionem صاحب القتل habent, sed editor IA et Now. secutus est. Scribae Arabes magis ad lectionem illam adducti sunt, cum eis أصحاب الغيل¹ in mentem venisset; nos autem omnino intellegere non possumus, quomodo in cognomen ducis Assyriaci nomen elephantii venerit. Accedit quod locus omnis fontem respicit, ut cognomen illud vix vanum fictumque sit. Atque profecto fabula paucis discriminibus in tract. Gittin f. 57b sup. invenitur. Ibi Nabuzaradano secundum 2 Reg. 25, 8 sqq. cognomen רב טבחיהם est, quod optime verbis صاحب القتل explicatum est.²

Jam supra de opere Wahbii disserentes demonstrare conati sumus Tabarium locos Wahbii citatos e libris sumpsisse. Putamus id etiam in locis secundum alium auctores narratis factum esse. Praecipui Tabarii auctores praeter Wahbium sunt: Ibn-Abbâs, Muğâhid, Qatâda, Sa'id f. Gubeiri, Suddi. Quorum omnium commentarii in Coranum compositi exstabant.³ Copiosissime quidem legendae in eis tractatae esse debent, ut historia Josephi a Tabario p. 383 l. 14 Suddio auctore inchoata usque ad p. 410 in omni fere pagina recipitur. Eundem auctorem in omni historia Mosis narranda sequitur ad eumque fabulis auctorum aliorum intercalatis saepe vocibus رجع الحديث الى حديث السدى praemissis revertitur. Sed reputandum nobis est commentarios veteres in Coranum scriptos copiosissimos fuisse. Neque id mirum nobis esse debet, quod Tabarius ad opus historicum componendum commentarios excerpserit.

¹ Cor. 105, 1.

² Cfr. etiam infra p. 15 not. 3, p. 50 not. 2.

³ Cfr. Sprenger, Leben u. Lehre des Mohammad III, p. CXIII sqq.

Nam primum haud dubie Arabes legendis propheticis imprimis ad Coranum interpretandum vacabant, deinde verisimile est Tabarium illis libris primum ad commentarium suum scribendum¹ adhibitis ex hoc commentario fabulas in historiam suam transtulisse.² Qua re evenisse puto, ut in hac libri parte tam saepe interpretationes locorum coranicorum nobis occurrant.

In Cod. Spr. 409 p. 5 l. 20 sqq. quattuor traditiones libri Muğāhidi describuntur. Finis primae catenae est: قَالَ أَخْبَرَنَا شَبَابَةُ عَنْ وَرْقَاءَ عَنْ ابْنِ أَبِي نَجِيحٍ عَنْ مَجَاهِدٍ، qua cum cfr. Tab. p. 328 l. 12, 369 l. 6: قَالَ مَجَاهِدٌ عَنْ ابْنِ أَبِي نَجِيحٍ عَنْ مَجَاهِدٍ، atque p. 375 l. 17: قَالَ مَجَاهِدٌ عَنْ ابْنِ أَبِي نَجِيحٍ عَنْ مَجَاهِدٍ. Ibn Abi Nağīhi ergo traditione Tabarius videtur usus esse. Traditiones commentarii Qatadiani enumerat Cod. Spr. 409 p. 7 l. 3 sqq. Catena unius est haec: قَالَ حَدَّثَنَا جَعْفَرُ بْنُ مَكْمَدٍ ابْنُ سَوَّارٍ قَالَ حَدَّثَنَا مَكْمَدُ بْنُ رَافِعٍ عَنْ عَبْدِ الرَّزَّاقِ عَنْ مَحْمَرٍ عَنْ قَتَادَةَ. Atque idem Abd-er-Razzāq et Ma'mar etiam in catenis Tabarianis inveniuntur, cfr. p. 105 inf., p. 778 inf.³ Item tres ultimi auctores catenarum in rebus de Suddio relatis apud Tabarium iidem sunt atque in Cod. Spr. (cfr. p. 8 l. 10 sqq.).

Citat autem Tabarius praeter auctores illos Muhammedanos biblia ipsa, aut ad fidem Judaeorum, Christianorum Magorumve res narrat. Loci hi haud ita crebri sunt, neque ullo modo eum, ut Ibn Coteibam, biblia ipsa legisse, sed per colloquium res biblicas accepisse arbitror; primum quod nusquam nobis في قُرْآنٍ aut simile quidquam sed verba التوراة وقد تزعم اليهود، وقرئوا النصارى فنزعم، ويقول أهل التوراة، التوراة، التوراة citat, cum verbis librorum sacrorum quadrant.

Verbotenus quae p. 141 l. 16—142 l. 7 de Caino et Abele narrat cum Gen. 4, 9—16 congruunt, item recte dicit secundum ahl-et-taurāt Adamum 930 annos vixisse. Etiam annorum numeri, quos verbis وفي التوراة قال praescriptis de aetate Henochi tradit (p. 173 l. 12 sqq.), e verbis biblicis expressi sunt, sed res paulo ante secundum ahl-et-taurāt citatae Islamismum redolent. Respondet

¹ Fihrist p. 235 l. 3 (لم يُعْمَلْ أَحْسَنُ مِنْهُ); Nöldeke, Geschichte des Korāns p. XXVII; Loth in ZDMG XXXV, p. 588 sqq.

² Cfr. Loth l. c. p. 603 sup., p. 622 med.

³ De Abd-er-Razzāqi commentario cfr. Loth l. c. p. 601 inf. et p. 605 not. 2.

etiam Judaeorum religioni quod p. 192 l. 8 sq. dicit praeter Noëm familiamque ejus etiam *עוג בין אענץ* e diluvio servatum esse. Legimus enim in tract. Niddah f. 61 b: *ויבוא הפליט* (Gen. 14, 13) *זה עוג שנשאר מדור המבול*.¹ Etiam nomina genealogiae Josephi, Mariae coniugis, quae verbis *فأما النصارى فإنها تزعم* praemissis p. 712 l. 5 sqq. enumerat, cum Matth. 1, 6—16 congruunt, item historia de Johanne baptista (p. 719 l. 4 sqq.) sex mensibus Christo minore cum Luc. 1, 36, ejusque de nece Herodia impulsore commissa cum Matth. 14, 3 sqq. Marc. 6, 17 sqq.

Sed quod dicit (p. 144 l. 17 sqq.) secundum pentateuchum Abelem, cum necaretur, viginti, Cainum tum viginti quinque annos natum fuisse, non modo non in bibliis invenitur, sed ne Rabbiorum quidem aut Christianorum sententiis respondet. Nam in Gen. Rabbah 22, 4 scriptum videmus: *הכל מודים שלא עשה הבל בעולם*: ויותר מהמשים יום בני ארבעים שנה היה קין והבל: *שחלל: חי: שחלל: יחייב יחייב: שחלל: שחלל: חי: שחלל: יחייב יחייב: שחלל: שחלל:* Alias rursus (p. 198 l. 16) dicit secundum nonnullos ex ahl-et-taurât omnes liberos Noae post diluvium natos esse!

P. 16 sqq. etiam sententias Judaeorum Christianorum Magorumque refert de spatio inter originem mundi et secessionem Muhammedis interiecto. Primum dicit secundum Judaeos 4642 annos fuisse; quem numerum a Judaeis non potuit audivisse, quod a ratione eorum valde abhorret. Fortasse ea re in errorem illum inductus est, quod Judaei annum vertentem ei dixerant, cum annus 4642 Judaeorum anno 268 Muhammedanorum respondeat atque Tabarius 224—309 h. vixerit. Deinde sententiam Christianorum orientalium (*اليونانية*) affert, secundum quam spatium illud 5992 sit annorum: Judaeos consultim numerum minuisse, ut tempus, quo messias venturus esset, producerent. Etiam si re vera haec opinio in libris apologeticis Christianorum saepissime reperitur, tamen numerus ille rectus non est. Tum sententiam Magorum citat, quorum fabulas fortasse eodem ex libro sumptas, ex quo historiam Persarum deprompsit, saepe cum fabulis biblicis coniungit.³

¹ Cfr. Tha'labii 'Arâis p. 151 l. 7 sqq. Hic, ut in pentateucho, nomen *عنق* scriptum est, itaque melius erat etiam in textu Tabarii formam *عنقى* in hanc mutari.

² Ed. Trumpp p. 91 l. 24 sq.

³ Copiosius de historia biblica Tabariana eiusque fontibus alio loco disserturus sum.

6. Ex hac parte Annalium Ṭabarensium scriptores posteriores multum hauserunt, imprimis Tha'labius in libro, cui titulus est: *مَعْرَأَتُ الْمَجَالِسِ*, aut brevior *كُتَابُ قِصَصِ الْأَنْبِيَاءِ الْمَسْمُومَةِ بِالْعَرَائِيسِ*.¹

Hic liber adhuc in oriente solum typis expressus est. Ultima editio, quam solam in hoc libello cito, Cairensis est anni h. 1306. Margo textus repletus est opere *مُخْتَصَرُ رُؤُوسِ الرَّبَّاحِيَيْنِ فِي مَنَاقِبِ* *يَافَعِي الصَّالِحِينَ* auctore. In Europa liber primum eo notior factus est, quod Sprenger in libro „Leben und Lehre Muhammeds“ I, p. 518 sqq. ex eo historiam Thamûdenorum narravit.² Postea Socinus in chrestomathiam grammaticae suae additam fabulam reginae Bilqîs recepit. Denique Guidius in libro „Testi orientali inediti sopra i sette dormienti di Efeso“ p. 55 sqq. ex eo traditionem Ibn-Ishâqii translata citavit.

Quamquam multi codices scripti in Europa inveniuntur. Bero- lini codd. Pet. I 197 et Spr. 90 opus continent. Speciem codicum Ahlwardtius in catalogo magno parte prima p. 406 sq. s. nn. 1019 et 1020 descripsit. Ad ea, quae dixit, adiungam codicem Petermannianum multo maiore cum fide scriptum esse quam Sprengerianum, quippe qui non solum omnes fere catenas omittat, sed etiam in textu ipso lacunas exhibeat, ut p. 54 l. 21—55 l. 15 ed. Cair. Etiam textui typis expresso codex ille praeferendus est, imprimis in nominibus peregrinis. Ut p. 33 l. 7 ed. Cair. planetam Veneris *بِالْقَبْطِيَّةِ بِادِخْت* nominari legimus, quod dictum mirari debemus, cum nomina stellarum apud gentes orientales non e lingua Coptica sumpta sint. Et profecto in codice Peterm. f. 31 b, l. 7 inf. *وَبِالنَّبِطِيَّةِ بِبِدِخْت* (= *بِيدِخْت* vox Persica) invenimus. In ed. Cair. p. 55 l. 13 Adamum in monte نور, in India sito, mortuum esse scriptum videmus; in Cod. Pet. f. 54 b, l. 2 recte *نُود* est.³

¹ De vita Tha'labii cfr. Ibn-Challican, ed. Cairo I, p. 37; D'Herbelot, *Bibl. orientale* s. v.; Wüstenfeld, *Geschichtschreiber* n. 185.

² Cfr. etiam III, p. CX.

³ Creberrime scriptura *بُود* nobis occurrit. Qua re commotus Barthius in editione Annalium Ṭabarianorum, nota quoque codicis C (cfr. p. 124 nota) nixus, omnibus locis formam illam excepit. Sed unde Arabes nomen *بُود* habeant, quod in libris Iudaeorum aut Christianorum incassum quaesiveris? At Gen. 3, 24 legimus deum angelos *לִנְ עֵרַן מִקְדָּם* posuisse, ut aditum paradisi custodirent. Quibus verbis cogi potuit Adamum quoque hac in parte consedissee, ut in LXX plane scriptum est: *καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν καὶ κατέκτισεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου κτέ.* Tum 4, 16 de Caino: *וַיִּשֶׁב בְּאֶרֶץ נוֹד קְדָמַת עֵרַן*; unde rursus, cum

Quam indiligenter typographi scripturam nominum tractaverint, apparet e forma nominis ادریس بن برد (p. 34 l. 21) cum ادریس بن برد (p. 31 l. 19) comparata, quamquam hoc loco scriptum est ادریس et اخنوخ nomina unius personae esse.

Eundem librum exhibet Cod. Mus. Brit. 910 (Cat. I, p. 416b) sub titulo كتاب العرائس ونزهة المجالس, atque verbis هذا الكتاب الملوك يشتمل على قصص الملوك بالشرح والبيان falso pro voce القرآن, quae erasa est, manus recentior substituit.¹ Tum illum librum codex in Cat. Codd. Msscr. Orient. Bibl. Bodleiana II, p. 73a sq. a Nicollio fuse descriptus continet, cum n. 147 (p. 137a) dimidium solum operis exhibeat. Denique Cod. Quatremèrianus 188² in titulo Tha'labio auctori ascribitur, quem vero Auber a Tha'labio alienum putat, atque Kisaio attribuit.

Liber 'Arâis certe e legendis in commentario ejusdem auctoris³ ad singulos Corani locos declarandos adhibitis compositus est. Qui commentarius, quantum e fragmentis ejus⁴ concludi potest, copiosissimus fuit. Cod. Spr. 409 in 240 paginis arctissime scriptis non amplius quam interpretationem initii Corani usque ad sur. 2 v. 195 complectitur. Atque profecto, si 'Arâis p. 58 init. — p. 60 l. 13 cum Cod. Wetzst. II, 1281 f. 150a l. 2 — f. 153b l. 15 compareris, intelleges locum commentarii non modo in libro 'Arâis

vocibus מקדם et קדמת a multis eadem vis supposita sit, — sive vis „ante“ (LXX ἀπέναντι—κατέναντι) sive vis „orientis“, ut Rabbinii fecerunt (cfr. Genesis Rabbah 21, 9) atque recentiores (cfr. Rosenmüller, Bibl. Altertumskunde I, p. 213 not. 3 et 215 VI) — facile effici potuit Adamum e paradiso item in terram נוד migrasse (cfr. Raschi ad voces קדמת עין נוד: קדמת עין נוד: קדמת עין נוד: קדמת עין נוד). Tum fortasse opinio illa accessit Adamum cum Sethitis montem incoluisse, qua de re in libro Adami et in „Spelunca“ multum disseritur. Itaque sententiam illam apud Arabes existitisse puto, quam apud Jâqâtum (IV, p. 822) expressam videmus quamque Barthius ipse citat: نود بالفتح ثم السكون وذل معجمة جبل يسرنديب عنده مهبط ادم عم mentio fiat. Qua vero de causa Arabes fabulam in montem insulae Taprobanes transtulerint, fuse tractaverunt Dulaurier in Journal asiatique IV, tom. 8 p. 175 sqq. et Tennent, Ceylon (Londin. 1859) II, p. 133 sqq.

¹ Cfr. ibid. not. e et HCh. IV, p. 195 n. 8106.

² Auber, Die Arab. Handschriften der K. Hof- und Staatsbibliothek zu München p. 183, n. 445.

³ Ibn-Challican ibid. من صنف التفسير الكبير الذي فاق غيره من التفاسير; Sprenger l. c. III, p. CXIX: Sein Korankommentar ist wahrscheinlich der beste den wir besitzen.

⁴ Descripta sunt in Catalogo Ahlwardtiano I, p. 292 b sq.

receptum, sed etiam magnopere abbreviatum esse. Saepe et commentarius et liber 'Arâis Tabarium repetunt. Sic Tab. p. 283, 'Arâis p. 52 l. 29 sqq., Cod. Spr. 409 p. 166 sup. fere verbotenus congruunt inter se. Alius locus e Tabario depromptus in commentario mutatus est (Tab. p. 540 l. 9 sqq. — Cod. Wetzst. II, 1281 f. 155 a sqq.). Atque hic locus in 'Arâis (p. 158 l. 10 sqq.) verbis non Tabarii sed commentarii respondet. Plena sane locorum ex commentario in librum 'Arâis translatorum enumeratio fieri non potest, cum, ut supra dixi, fragmenta modo illius libri nobis suppetant.

His locis e commentario sumptis in 'Arâis nomina primorum solum auctorum catenis more scriptorum illius aetatis omissis praescripta sunt. Rarissime auctor commentarium ipsum citat (p. 252 l. 27: ذكر أبو إسحق الثعلبي في التفسير ذات قرار ومعين قال (عبد الله الخ (عبد الله الخ), sicut Tabarium quoque, etsi fere omnem ejus historiam biblicam in opus suum recepit, quamvis saepe non verbotenus, sed tum dilatam, ut p. 23 l. 25 sqq. (cfr. Tab. p. 126), p. 59 l. 17 sqq. (cfr. Tab. p. 302), tum ordine dispositam, ut p. 30 l. 21 sqq. (cfr. Tab. p. 156, 159), quantum equidem scio, semel laudat (p. 29 l. 7: وحكى محمد بن جرير الطبري: قال أهل العلم والسير, ذكر أهل التاريخ وأصحاب الأخبار Tabarium citat. Ubi catenas invenimus (p. 53 l. 10 sqq., 54 l. 21 sqq., 62 l. 33 sqq. al.), verisimile est novas traditiones allatas esse.

Hoc libro Ibn-Athîrius praeter annales Tabarianos uberrime in historiis biblicis narrandis usus est. Perpaucis locis exceptis omnes, quos Brockelmannus (l. c. p. 28 sq.) e Tabario non translatos enumerat, in opere Tha'labiano inveniuntur:¹

IA I 52 ₃ inf.	Tha'l. 38 ₆
„ „ 69 ₇	„ 48 ₅ sq.
„ „ 77 ₉	„ 56 ₂₃
„ „ 80	„ 0
„ „ 84 ₄ —85 ₇	„ 65 ₁₉ —33; 51 ₂₀ —33 ²
„ „ 86 فقتلها — وسمعت	„ 67 ₁₃ sq.
„ „ 87 ₃ inf.	„ 62 ₆

Ceterum apud IA antea وسبعين سنة, apud Tha'labium وتسعون scriptum videmus; sed hi numeri ob puncta negligenter scripta

¹ Liber 'Arâis Brockelmanno praesto non fuit.

² Hic locus ab IA valde contractus est.

saepe mutantur. IA 82¹⁵⁻²¹ verba scriptoris ipsius sunt. Verba
بذلك الرجل ثم ان قد بلغه — (IA 88¹⁻²), quae nescio an Brockel-
mannus designet, in 'Ar. non inveniuntur. Porro:

IA I 92 ^{13-93⁴}	Tha'l. 101 med.—102 ¹⁷
„ „ 93 ^{4-96³} inf.	„ 98 ^{23-101³}
„ „ 92 ²⁻¹³	„ 0
„ „ 96 ² inf.—97 ³	„ 103 ¹³⁻¹⁵
„ „ 97 ³⁻⁴	„ 104 ⁵
„ „ 124 ² inf.—125 ³	„ 0
„ „ 125 ¹³⁻¹⁴	„ 111 ¹⁰⁻¹¹
„ „ 126 ¹⁰⁻¹⁴	„ 111 ¹¹⁻¹⁴ ; Tab. p. 463 ¹²⁻¹⁴
„ „ 127 ⁷⁻⁹	„ 113 ²⁴⁻²⁵
„ „ „ 9—12	„ 114 ⁵⁻⁸
„ „ 128 ⁷⁻¹⁴	„ 115 ²⁸⁻³⁶
„ „ „ 3—1 inf.	„ 116 ¹⁵⁻¹⁶
„ „ 129 ¹¹⁻³ inf. paulum discrepat a Tha'l. 117 ⁹⁻²⁹	
„ „ 130 ^{10-131¹³}	Tha'l. 118 ^{18-119¹⁷} , 120 ¹²⁻²⁰
„ „ 133 ^{10-134⁵}	„ 125 ^{22-126¹³}
„ „ 136 ^{11-137¹³}	„ 130 ¹⁻¹² , 144 ^{26-145³} , 146 sup.—l. 24
„ „ 148 ⁸⁻¹⁷	„ 158 ^{26-159¹⁰}
Historia Sauli (IA 151 ^{5-155¹¹}) ex 'Ar. p. 166 ^{16-172¹³} excerpta est. De نثى الدهن cfr. 'Ar. p. 166 ²⁶ , de arca ab angelis portata cfr. p. 168 ²⁵⁻²⁷ .	
IA I 156 ⁵⁻¹⁰	Tha'l. 180 ³⁻³⁶
„ „ 159 ⁶⁻¹² argumentum breviter astrictum historiae Tha'l. p. 183 sqq. exhibet.	
IA I 159 ¹⁶⁻²³	Tha'l. 182 ^{29-183⁶}
„ „ 161—166 ¹⁰ non ex Tha'labio (vide Brockelm. ibid. inf.), sed ex Ibn-Hisamii libro et-Tigān (f. 74a sqq.) sumpta sunt.	
IA I 170 ¹¹⁻¹⁹	Tha'l. 204 ¹⁶⁻²⁵ , 205 ²⁶
„ „ 187 ^{9-188³}	„ 212 ^{32-213⁹}
„ „ 188 ⁹⁻¹⁰	„ 213 ^{29-30¹}
„ „ 211—212 ¹⁴	„ 233 ⁸⁻²⁸ , 234 ³⁻¹⁶ , 235 ⁵⁻²⁴
„ „ 212 ¹⁴⁻²⁰ additamentum IA ipsius videtur esse.	
„ „ 212 ^{20-213⁶}	Tha'l. 235 ^{33-236¹⁸}

1 Notam من أعمال خوزستان IA ipsum adiunxisse puto.

IA I 213 ₆₋₁₀	Thal. o
„ „ 213 ₁₀₋₃ inf.	„ 236 ₁₈ —237 ₁₁
„ „ 217 ₈ inf.—218 ₆	„ 238 ₃₂ —239 ₁₁
„ „ 218 ₇₋₉ inf.	Tab. p. 711 ₅₋₁₅
„ „ 222 antep.—226 ₁₀ inf.	Thal. 244 ₁₄ —245 _{21, 15-27,} 246 ₁₀ —247 inf., 249 ₆ — 250 _{27,} 251 ₈₋₃₄ *

Pro nomine **يوشع**, quod, alio teste, viro loco Jesu cruciato fuit, apud Tha'labium **اشيوع** (p. 252 l. 6) scriptum videmus. Utraque forma ex **ايشوع** corrupta est.¹

IA I 254 ₈₋₇ inf.	Thal. 259 ₂₈ sq.
„ „ „ 6 ₃ „	Tab. 776 ₁₋₆
„ „ „ 2 inf.—255 ₄	Thal. 258 ₂₈ sq.
„ „ „ 255 ₄₋₉	Tab. 776 _{8-12, 18, 19,} 777 ₈₋₁₀
„ „ „ 9 ₁₅	„ 778 ₃₋₅
„ „ „ 15 ₁₈	„ „ 14 _{—779} ₈
„ „ „ 19—256 ₈	„ 779 ₁₀ —780 ₂
	Thal. 261 _{16-20,} Cor. 18 _{16, 17}
	Tab. 780 ₃₋₁₉ .

Verba **واسمه يملينا** (IA 256₂) ex Tab. 776 l. 16 sqq. et ex tota Tha'labii narratione sumpta sunt.

IA I 256 ₈₋₁₀	Thal. 262 ₂₁₋₂₇
„ „ „ 11 _{—17}	Tab. 780 ₂₀ —781 ₁₁
„ „ „ 17 _{—23}	Thal. 261 ₂₆₋₃₁
„ „ „ 23 _{—257} ₁₁	Tab. 781 ₁₂ —782 ₆
„ „ 257 ₁₁ —paenult.	Thal. 262 ₂₁₋₂₇
„ „ paenult.—258 ₂	„ 267 ₃₄ —268 _{5, 10-17}
	Tab. 777 _{3, 4,} Thal. 267 l. ult. 261 ₁

„ „ 258₃₋₂₁; prima verba, prophetas **عيسى بن مريم** et **يونس بن متى** unus de matribus (!!) nominatos esse, in 'Arâis non sunt; cetera his locis respondent: Thal. 255_{10-12,} 256₂₋₂₀.

IA 261₅—263₅ Thal. 253₂₈—255₂.

Ergo dubitari non potest, quin Ibn-Athîrius praeter Tabarium in rebus biblicis narrantis Tha'labio fere uno auctore usus sit. Discrepat quidem IA p. 254₉—258₂ (de septem dormientibus) ab

¹ Cfr. Rothstein, De chronographo Arabe anonymo p. 12 not. 1; Rösch, Die Jesusmythen des Islâms (Theolog. Studien und Kritiken 1876) p. 441 not. 1.

historia a Guidio e Tha'labio translata (vide supra), quae res Brockelmanno scrupulum iniecit, num omnino IA e Tha'labio hauserit. Sed illius rei haec est causa, quod non omnis Tha'labii narratio a Guidio in librum suum recepta est, sed modo p. 263 l. 27—268 l. 19. Atque profecto, quae ab IA ex hac parte sumpta sunt (p. 257 l. 11—inf.) congruunt cum eis verbis, quae apud Guidium expressa legimus,¹ etsi narratio apud Ibn-Athirium paululum coarctata est.

7. Alius liber multo notior et pervulgatior quam Tha'labii est opus Kisaii, quod item in legendis biblicis versatur.² Adhuc typis non expressum est; at multi codices in bibliothecis nostris asservantur,³ neque ulla bibliotheca maior est, in qua non unum aut plures codices invenias. Sed conferenti tibi ea, quae in catalogis de specie codicum scripta sunt, varia magnitudo voluminum mira videbitur. Sic Codd. Pet. II, 626 et 627, qui, ut Ahlwardtius (I, p. 408a) contra titulum recte iudicat, duas partes operis a Kisaio compositi complectuntur, 207 + 203 ff. cum vicenis quinque lineis continent, cum Cod. Goth. haud amplius 209 ff. cum ternis denis lineis exhibeat. Itaque fieri non potest, ut codices illi plane idem opus contineant. Ceteri codices magnitudine voluminum codici Gothano propinquiores sunt quam Petermanniano. Etiam Cod. Spr. 86 modo 243 ff. cum vicenis singulis lineis habet. Qua re magnopere mirum est, quod in catalogo Ahlwardtiano (ibid.) nulla restrictione adiecta scriptum videmus Codd. Pett. eundem librum complecti ac Cod. Spr. Immo illi multo copiosiores sunt.⁴

Cum autem in libris Arabicis conscribendis opus copiosum saepius in epitomen contractum, quam parvum diductum sit, idque adeo, ut hisce in operibus fieri oportebat, dicam codices minores epitomas esse operis codicum Petermannianorum. Quod illi multo saepius quam hoc opus inveniuntur, haud magni momenti est; eam enim ipsam ob causam, quod minores sunt, fieri potuit, ut saepius

¹ Cfr. Guidii libr. c. p. 63 l. 1 *e vide* — l. 16 *Deqjanos*, l. 28 *quindi* — p. 64 l. 8 *festa*.

² De auctore ac variis titulis operis cfr. Gildemeister in Catalogo chirographorum in bibl. acad. Bonnensi asservatorum VII, p. 6 sqq.

³ Enumerati sunt a Pertschio in „Die arab. Handschriften der Herzogl. Bibl. zu Gotha“ III, p. 327.

⁴ Ad descriptionem codicum ab Ahlwardtio exaratam addere velim in Cod. Pet. 627 post f. 185 magnam lacunam esse.

describerentur, quam liber ille copiosissimus crebroque languorem afferens.

Qui codices cum ejusmodi sint, multae perturbationes in titulis ortae sunt. Namque eos, qui epitomas faciebant, nescivisse puto, num iure his titulum auctoremque primum inscribere liceret. Quare factum esse, ut aut titulus omnino omitteretur aut alius scriberetur, atque ita esse explicandum, quod tam varii tituli operis exsistent. Porro loco nominis auctoris omissi alia nomina posita esse, ut codici Mus. Brit. 912 nomen Wahbii f. Munabbihī, codici Monachensi nomen Tha'labii praescriptum est (cfr. supra p. 16).

In opere describendo Codd. Pett. sequamur. Kisaii liber magnopere a Tha'labii differt. Hujusce enim opus, quippe quod ex commentario ortum sit, et ipsum commentationem spectat atque in hoc quoque auctor fidem rerum, quas narrat, asservare conatur. Kisaius autem id videtur egisse, ut fabulas scribens lectores delectaret. Itaque ejus non multum interfuit, unde materiam narrandi sumeret, saepeque sua sponte more narratorum Arabum fabulas affinxit. Germanus enim fabulator (فَاصٌّ) est, qui que hoc genus hominum cognoscere vult, optime ex isto libro didicerit.

Libros scriptos non laudat. Praemittit quidem fabulis verba *Libros scriptos non laudat. Praemittit quidem fabulis verba* قال كعب الأحبار، قال وهب etc., sed hoc eo consilio ab auctore factum esse arbitror, ut narrationi species fidei adderetur. Id vel inde cognosci potest, quod interdum omnes auctores celebres ex ordine enumerat, ut Ibn-Abbasium, Wahbium, Ka'bum, Qatadam, Sa'idum f. el-Musajjabi, Mugahidum, al. (cfr. Pet. 626 f. 11b). Etiam aliter morosam atque anxiam diligentiam simulat, ut f. 13b l. 10 inf. dicit: ولم يزل (sc. ادم) حتى دخل شهر ذي القعدة قال وحملتُ وفي رواية أخرى أنه ذو الحجة سارة بإسكان في ليلة (sic!) التي أهلك فيها قوم لوط فلما تمت شهرها وضعته في ليلة الجمعة يوم عاشوراء الخ

Atque ut cognoscas, quomodo fabulas receptas exornet, Tab. p. 161 cum Pet. 626 f. 20a sup. compara. Agitur de Adamo sepeliendo. Narratio Tabarii simplex ac tenuis est. Contra Kisaius adeo singula depingit, ut summo taedio afficiaris: قال ثم غسله جبرائيل عليه السلام بماء الجنة وأدرجه عليه السلام في أكفان من الجنة قال ثم إن جبرائيل عليه السلام أمر شيئاً أن يتقدم فيصلي عليه صلى الله عليه فتقدم وجبرائيل خلفه وميكائيل وإسرافيل وجميع الملائكة صُفُوفًا في

عدِدٍ لا يُحصيهم ولا يعلم عددهم إلا الله تعالى كلهم خلف شبيث عليه السلام فيقال أنه كبر على أبيه سبع تكييرات ثم صلت عليه ملائكة السماء ثم ملائكة الأرض ثم الوحوش والسباع والهوام زمرة بعد زمرة وهو في حفرة عليه السلام فكان رأسه في نفس الكعبة ورجلاه حيث بلغنا في طولها. Etiam alius locus (f. 3a l. 8 sqq.) modo ac viae fabulatorum respondet: (Abdallah f. Salâmi ad Muhammedem) قال أخبرني عن قرار الأرض بأى شئ قال بالجبال قال وقرار الجبال بأى شئ قال بجبل قاف قال وجبل قاف من أى شئ قال حلقه قال من زبرجد خضراء وخضرة الماء منه قال صدقت وكم مسير علوه قال خمسمائة سنة وكم مسيرة دائرته قال ألفين سنة قال صدقت يا محمد وهل وراء جبل قاف شئ قال سبعون ألف أرض من الكافور والملسك قال وما وراءها قال سبعون ألف أرض من العنبر قال وما وراءها قال سبعون ألف أرض من الذهب قال وما وراءها قال سبعون ألف أرض من الفضة قال وما وراءها قال سبعون ألف أرض من حديد (sic!) النخ.

Eiusmodi superlationes, verborum inanum turbae ac portenta ubique nobis occurrunt. Sic dicit Noëm arcam e 124000 tabulis ligneis secundum numerum prophetarum³ construxisse (Pet. 626 f. 26a l. 7 inf.). Etiam nomina filiarum Noae optime novit. Dicit haec حصورة, صورة, محبورة, فuisse (f. 23b l. 6), neque vero usquam alias legimus Noae ullas filias fuisse. Nomen Ibrahîmi praemissis sane vocibus كعب قال idem valere ac أبو رحيم adnotat (f. 56b l. 11).⁴ Nimrodi duos administros addit, quibus nomina وهرام et بهرام (!) fuerint (f. 58b l. 14). Etiam descriptio infantiae Nimrodis naturae scriptoris consentanea est. Etenim cum, ut fontes Judaici, ita neque Tabarius neque Tha'labius quidquam de hac re narret, in libro Kisaii historiam maiorum, ortus, educationis herois large et copiose scriptam legere licet (f. 47b sqq.). Atque hîc facile est

¹ Respice formam interrogandi (ماذا لoco أى شئ), quae respondet formae interrogativae sermonis vulgaris Arabici hodierni (és) atque formam الغين (infra) loco الغان; cfr. etiam Gildemeister l. c.

² Mscr. أرضا habet; cfr. supra p. 8 not. 2.

³ Cfr. Fihrist p. 22. Copiosius de ordine ac numero prophetarum Hoseinius (Cod. Peterm. I, 78) f. 3a sqq. disputat.

⁴ Cfr. etiam Henr. Sike, Evangelium infantiae Arab. (Traiecti ad Rhenum 1697) nott. p. 76.

cognitu, unde singula veniant. Descriptio enim miraculorum, quae post natum ejus cernebantur, historiam Alexandri Magni fabularem resipit. Tum narrat patrem, cum infantem timeret, eum necare voluisse, matrem vero in ripa¹ fluminis eum exposuisse, ubi leoparda (نمرّة) eum inveniret ac nutriret. Qua re eum نمرود appellatum esse. Hanc fabulam ab historia infantiae Romuli aut Cyri deducere vix cuiquam temerius videbitur. Denique, ut in fabulis Oedipi, insciens patrem necavisse narratur.

Altera in parte (Pet. 627 f. 19a l. 13 sqq.) narrat regem Judaeorum edixisse, ut, qui Jesum cepisset atque tradidisset, dimidiam partem regni accepturus et filiam regis in matrimonium ducturus esset, quae fabula haud dubie ex historia quadam de latronibus capiendis recepta est.

Sed quomodo ex studio ejus nimium depingendi atque exornandi secum ipso pugnet, hoc exemplum docet. Secundum Tha'labium p. 24 l. 8 narrat (f. 14b l. 7 sqq.) Evam e lana vervicis a Deo de caelo demissi vestimenta fecisse. Addit, qua est diligentia, haec vestimenta sine manicis fuisse. At postea (f. 21a l. 4 inf.) scriptum videmus: ولبس الثياب وكانوا من قبل ذلك يلبسون الجلود. Etiam hoc dignum est, quod memoretur. Tabarius (p. 163 l. 2 sq.) cum libris apogryphis Christianorum congruens dicit Adamum die Veneris, quo die creatus esset, de vita decessisse. Kisaii vero hoc narrans suo more ultra Tabarium procedens adiungit: في الساعة التي خُلِقَ فيها (f. 19b l. 8); at secundum librum Adami (p. 101 l. 7) eadem hora, qua e paradiso expulsus, Adamus mortuus est.

Interdum putaveris sane eum melius Tabario aut Tha'labio instructum esse. Legimus enim in libro Jalqut, cap. 25: והנחש היה ערום והיה דמותו כעין גמל² قال كعب (f. 6b l. 6): وكانت للحيّة يومئذ صورة الجمل verba illis magis respondent quam verba ceterorum scriptorum.³ Sed cum ille alias quoque omnia

¹ Cod.: طائش النهر; potuerit sane vox prior طائش legi e verbo طائش „se praecipitare“ (vide Dozy, Supplément s. v.) sed verisimilius duco eam per errorem e شاطئ depravatam esse.

² Cfr. etiam Midr. Rabb. Gen. 19, 1: דגמל היה.

³ Ibn-Hiś. et-Tiġān f. 5b l. 7: ذات أربع قوائم (sc. الحيّة). Tab. لها أربع قوائم: ثمشی على أربع قوائم: Tha'1. p. 19 l. ult. كقوائم البعير.

exornare atque singulatim describere soleat, similitudo illa casu orta esse potest.

Tamen fabulae ejus interdum pulchre atque eleganter excogitatae sunt, cuius rei exemplum afferam. Secundum Coranum (Sur. 7, 10 sqq.) causa inimicitiarum inter Deum atque Iblisum erat, quod hic Adamum nuper creatum humi procumbens venerari noluit. Postea autem in diluvio, ut apud Tabarium (p. 190 inf.) scriptum videmus, Iblisus in arcam irrepsit. Ad quod Kisaius adfingit (Pet. 626 f. 25b) Noëm, cum eum conspexisset, primum expellere voluisse, deinde vero Ibliso petente Deum interrogasse, num eum in arca manere pateretur: قال فأوحى الله إليه أن توبته أن يسجد آدم فقال إبليس يا نوح إني لم أسجد له وهو في الحياة وهو في الجنة فكيف أسجد له في دار الدنيا وهو مبيت هذا لا يكون أبدًا وأقبل إبليس حتى قعد على كوثل السفينة (l. 11—14).

Jam supra dixi copiosam libri formam, quae est codicum Petermannianorum II, 626, 627, in aliis codicibus non inveniri, qui epitomas partim inter se differentes operis illius contineant. Hae epitomae non modo opus primitivum, sed etiam librum Tha'labii ita represserunt, ut etiam apud nos illae et cum iis nomen Kisaii multo ante notum fuerit, quam Tha'labius ejusque opus. Jam Hottinger in operibus suis legendas propheticas a Kessaeo descriptas saepissime citat.² Deinde Henricus Sike in notis libri citati de „Kessaeo insigni illo Mohammedanorum mythologo“ refert, e quibus et nomen scriptoris et fabulae ex opere ejus ortae in libros auctorum in studiis orientalibus peregrinorum manaverunt, ut in R. Hofmann, *Das Leben Jesu nach den Apocryphen* p. 88 inf., 142, 153, al., tum etiam G. Rösch l. c. p. 439. Hic etiam falso Kisaium *den berühmten Lehrer am Hofe Harun-al-Raschids* nominat. Qui error, auctorem huius libri eundem esse atque illustrem illum commentatorem atque grammaticum Abu-l-Hasan 'Ali f. Hamzae el-Kisâi, unum e septem „lectoribus“³, iam apud Haġi-Chalfam (IV, p. 518

¹ Adami corpus a Noe in arcam sumptum esse iam in libris apocryphis scriptum videmus: „Spelunca“ II, p. 92, liber Adami p. 130 sup.; cfr. etiam Tab. p. 192 l. 16.

² Cfr. Nicollium in Cat. Codd. Mnserr. Orr. Bibl. Bodleianae II, p. 113 not. c.

³ Cfr. Ibn-Challican, ed. Cair. II, p. 3.

s. n. 9437 invenitur.¹ Idem in libro Herbelotii² est. At Kisaio nostro, ut e titulis codicum elucet, nomen Abu-'Abdallah Muhammed f. Abdallae fuit, id quod iam apud Hottingerum³ scriptum videmus.⁴ Tum librum multo posteriore aetate compositum esse necesse est. Denique in libris Kisaii illius in Fihristo (p. 65 l. 30sq.) enumeratis titulum libri nostri non invenimus. Immo recte Ahlwardtius⁵ iudicat Kisaium nostrum quinto saeculo p. h. vixisse.

Etiam Gustavus Weil in libro suo, qui inscribitur „Biblische Legenden der Muselmänner“, componendo imprimis Kisaium secutus est. Itaque huius scriptoris legendae, quamquam multo minus valent quam Tha'labianae, adhuc fere solae apud nos notae sunt.

8. Codd. Petermm. I, 78 et 633 librum continent, cuius auctor el-Hoseinius titulusque item قصص الأنبياء est. De sententia Ahlwardtii (I, p. 409a sq. s. nn. 1025 et 1026) liber hic e libro Tha'labii excerptus est. Dicit enim auctor (Pet. 78 f. 3a l. 1 sq., Pet. 633 f. 2b l. 7 sq.), virum doctissimum المجلسي, etsi summam artis assecutus esset, tamen cum opimis sterilia, cum pretiosis vilia contulisse: فَاتَّهَ قَدْ بَلَغَ الْغَايَةَ وَتَجَاوَزَ النِّهَايَةَ إِلَّا أَنَّهُ كَاسْمِهِ بِحَرِّ عَظِيمٍ فِيهِ الْعَتَّةُ وَالسَّمِيمُ وَالرَّخِيبُ وَالثَّمِيمُ. Itaque ipsum constituisse ejusmodi librum componere. Ahlwardtius igitur putat nomine عرائس المجلسي Tha'labium designatum esse, de titulo operis المجلسي in libro illo excerpti. Sed quamquam illud refelli non potest, tamen verum non est opus Hoseinii argumentum libri 'Arâis esse. Verbis citatis auctor haud dubie id solum spectavit, se amplitudine operis illius commotum esse, ut aliud opus scriberet, neque usquam dicit se librum Tha'labii excerptere velle. Concedo sane in Hoseinii libro multa inesse, quae etiam in opere Tha'labiano reperiuntur, sed haec omnia etiam alii libri continent. Contra ille multa exhibet, quae in hoc libro frustra quaesiveris. Poësin quoque aliter ac Tha'labius tradit, ut poëma Adami (Tha'l. p. 29—Pet. 78 f. 19b).

Profecto alios auctores librosque in eo citatos invenimus, Tha'labii nomen opusve nusquam nobis occurrit. Haec opera

¹ Cfr. Pertsch l. c. p. 326.

² Bibl. orientale s. v. Kessai p. 961 b sup.

³ Promptuarium, Heidelbergae 1658 p. 209.

⁴ Cfr. Gildemeister l. c.

⁵ Verzeichnis I, p. 407 a.

creberrime citantur: a) تفسير العياشي (Pet. 78 f. 9b l. 6 inf.; 41a l. 3, 13; 50b l. ult. al.). Cuius commentarii in Fihristo p. 194 l. 13 mentio fit. b) تفسير القمي (f. 7b l. 8, 11; 17b l. 3 inf.; 56a l. ult.; al.). Commentarium scriptoris huius neque in Fihristo neque apud Ḥaġi-Chalfam inveni. Neque vero scio an hoc loco liber, qui انساب ائمه.inscribitur atque a Qummio compositus est, designetur, de quo cfr. Fihr. p. 208 inf.; ḤCh. I, p. 173 l. 7 et notam VII, p. 568.

Saeppissime etiam c) الصدوق laudatur. Sic f. 6b sup.; 9a l. 4 inf.; 13a l. 6; (19b l. 5) al.: الصدوق في العجل. Pro العجل etiam العيون invenimus, ut f. 33b l. ult.; 39a l. 6; 53b l. 4 inf.; porro: وروى الصدوق في الامالي والحاصل عن الصادق والباقر: 21a l. 3; cfr. 33b l. 4; 59b l. 5 inf. Quo ex opere Syriaca quoque citantur, ut f. 33b l. 4 inf.: بالسرياني هلوليا الفا الفيا ماريا. فقال (نوح) ¹ثم قال يا رهمان اتقن وتفسيره رب احسن: 3: 38a l. 3, اتقن. Opus العجل in libris bibliographicis invenire non potui. Citatur etiam d) liber سعد السعود sive سعود السعود scriptore السيد بن طاووس (f. 22b l. 9), qui, quamquam se versionem Arabicam pentateuchi legisse confirmat (f. 41a l. 7 inf.), tamen dicit in tertio libro pentateuchi scriptum esse Adamum 930 annos vixisse (f. 23a l. 4 inf.).

Videmus igitur hoc quoque opus plerumque ex libris commentariis ortum esse.

Etiam duo alia opera, quorum apographa in bibliotheca Berolinensi inveniuntur, multum commentariis debent. Alterum Muhammede f. Naġibi Qarah-ĥisario compositum et رونق التفاسير inscriptum est (Spr. 451; Peterm. II, 525). Cfr. ḤCh. III, p. 513, s. n. 6698, et Ahlwardtii Verzeichnis I, p. 410b sqq. sub nn. 1028 et 1029. Auctor praeter alios libros praecipue commentario Baghawii (Spr. 451 f. 2a l. 3) usus est, atque ab Ahlwardtio seculo decimo h. attribuitur.

Alter liber (Pet. II, 91), cui item, ut operi Tha'labiano, 'Arâis inscriptum est, auctorem habet Wâni Effendi محمد بن يسطام (الخوشابي), qui a. h. 1096 mortuus est. Ḥaġi-Chalfa (IV, p. 195

¹ (Cod. Pet. 633: f. 27a paenult.; f. 30b l. 6). **هللوا العجل العجل** **هللوا** habent. **هللوا** (؟) **هللوا** (؟) **هللوا** (؟)

n. 8106) dicit opus hoc melius esse libro Tha'labii, porro commentarios Zamach'sarii et Beidhâwii eorumque interpretationes in eo excerpta esse. Ad ea, quae Ahlwardtius I, p. 411 b s. n. 1030 dicit, nihil habeo, quod adiungam.

Reliqua opera, quorum Hagî-Chalfa mentionem facit (IV, p. 518 s. n. 9437 et V, p. 302 s. n. 11064), iam non servata videntur esse, atque si servata essent, certe nihil novi praeberent. Etiam quae Wetzsteinus ex opere Basthamii¹ in „Litteraturblatt des Orients“ 1841 N. 5 sqq. versa rettulit, iam in antiquioribus operibus exstant.

II.

De praecipuis auctoribus in enarrando legendas propheticas versatis eorumque fide.

Jam in prima huius dissertationis parte diximus legendarum propheticarum litteras iam antiquissimis Islamismi temporibus ortas esse. Qua de causa fontes auctorum, quorum ad fidem illae narrantur, investigati ad eundem fere eventum nos deducunt ac fontes Muhammedis ipsius. Permulta exempla docent in legendas illas e libris Judaeorum ac Christianorum multa invasisse, etiam nomina virorum doctorum Arabum novimus, qui praeter ceteros legendas biblicas ad Arabes transtulerunt; tamen accurate et exacte viam persequi nequimus, qua hae historiae ad illos viros pervenerint. Neque enim ullo modo e libris Arabum cognosci potest, qualis illis temporibus usus inter Arabes atque eos, quos ahl-el-kitâb nominant, in studiis litterarum intercesserit. Nam res et publicae et divinae tunc nimis animos Arabum occupabant, quam ut aliis

¹ Mserr. Lipss. nn. 293 et 294 catalogi Fleischeriani.

rebus describendis vacarent. Adde, quod libri historici re vera temporibus illis conscripti, neque aut per errorem aut consulto ad illam memoriam relati modo res gestas more chronicorum describunt, mores autem et studia civium ex eis cognoscere non possumus.

At quo modo libri aliarum gentium orientalium illis temporibus conscripti se habent? Librorum Syrorum aetatis illius, si qui scriptus, nullus adhuc notus est. Judaeorum quidem memorias ex aetate illa habemus, i. e. litteras gaonicae. Sed cum e Talmudo propter formam ejus conversatoriam frequentissimasque egressiones Judaeorum cum ceteris incolis consuetudinem cognoscere possimus, cum saepe legamus Persam quandam ad doctorem Judaeum venisse, cum quo de quibusdam rebus disputaret, talia in responsis gaonum, ut sunt concisa atque pressa, non invenimus. Etiam commentarii historici aetatis gaonicae posterioris, ubi de primis temporibus Islamismi agitur, nil nisi de Muhammede propheta, de 'Alio in 'Irâqum adveniente, de Judaeis in nomen ejus iurantibus, deque honoribus principi eorum allatis referunt.¹

Tamen non dubito, quin Judaeorum ac Christianorum legendae ad Muhammedanos non modo per convertitos, etsi numerus eorum haud exiguus fuit, sed etiam consuetudine Arabum cum Judaeis Christianisque ipsis perlatae sint. Nam cum Judaei in miserrima illa condicione, in qua ultimis saeculis regni Sassanidarum erant, consuetudine Persarum in litteris tractandis uterentur, Arabes dominantes, qui in Iraquo Judaeis valde favebant, cum viris doctis huius gentis saepius collocutos esse oportet. Tamen Arabes vix iam primo Islamismi saeculo libros Judaeorum aut Christianorum sive primitivos sive translatos legebant. Legimus quidem Wahbium f. Munabbihî dicere sese libros revelatos legisse, sed postea videbimus hoc nullius momenti putandum esse.

Etiam id iure optimo me contendere puto illius modi consuetudinem, si qua inter Muhammedanos et Judaeos Christianosque exstiterit, imprimis in 'Irâqo fuisse. Namque primum maior pars Judaeorum ex urbe Cheibar atque e Wadi-l-qura ab Omaro expulso eo migraverunt.² Qui cum ante ceteros Judaeos lingua Arabica uterentur, consentaneum est Arabes praecipue eos adiiisse,

¹ Cfr. Neubauer, *Mediaeval Jewish chronicles and chronological notes* (*Anecdota Oxoniensia, Sem. series Vol. I—part IV*) p. 35, 62, 91, 187, 191 inf.

² Cfr. Weil, *Geschichte der Chalifen I*, p. 56.

ut historia biblica instruerentur. Tum studia rabbinica aetate illa imprimis in 'Irâqo florebant atque paulo post islamica quoque. Itaque etiam una traditio, quae a me quidem inventa est, atque aliquid de consuetudine Arabum Judaeorumque narrat, Kûfam nos mittit. Apud Tabarium enim (I, p. 461) scriptum videmus Sa'idum f. Gubeiri narrare Judaeum quendam Kûfae ad se Meccam migraturum venisse atque dixisse: Video te virum esse, qui scientiis vacet; dic mihi utrum temporis spatium Moses compleverit (Cor. 28 v. 27—30). Tum sese ei respondisse: „Equidem nescio, iturus autem sum ad doctorem (حَكْبَر) Arabum, scilicet Ibn-Abbâsium, quem de illa re interrogabo.“ Cum Meccam advenisset, sese Ibn-Abbâsium interrogasse cum eo verba Judaei communicantem. Tum Ibn-Abbâsium respondisse: Longissimum spatium optimumque, namque propheta promisso suo stat. Sa'idus f. Gubeiri perrexit: In 'Irâqum reversus atque Judaeo obviam factus ei responsum Ibn-Abbâsi dixi: „Recte“, inquit Judaeus, „Ibn-Abbâsius illud dixit; quamquam deus Mosi hoc non indicavit, واللّٰه العالم.“ Tum traditio haec iterum narratur, in qua loco Judaei Christianum invenimus. Hoc veritatem rei narratae non auget; tamen, etsi narratiuncula postea inventa sit, id quidem respiciendum est inventorem rem Kûfae posuisse.

Pendere autem Arabum de historia biblica scientiam iam primis Islamismi temporibus non solum e fabulis coranicis aut traditionibus Muhammedi attributis facile est intellectu. Nam in historiis secundum Ibn-Abbâsium apud Tabarium et Tha'labium narratis, quas e commentario eius sumptas esse veri non dissimile est, permulta reperiuntur, quae e libris Judaeorum et Christianorum recepta sunt. Ibn-Abbâsius quidem se eas a Muhammede accepisse simulat, sed cum hoc e vita decedente tertium decimum aut decimum annum ageret, nullas aut paucas a propheta videtur recepisse.¹ Porro si re vera fabulis ex eo narratis traditiones verae subessent, etiam in libris, qui proprie traditiones Muhammedis continent ut liber Bocharii, multas novas fabulas biblicas inveniri oporteret. Sed in capite illius libri, quod كتاب الأنبياء inscribitur,² pauca invenimus, quae non e Corano ipso noverimus.³

¹ Nöldeke, Geschichte des Qorâns, p. XXIV, not. 4; cfr. etiam Tab. III, p. 2336 sq.

² ed. Krehl, II, p. 330—380.

³ Ea de causa non licet in obscuris locis Corani, qui de historia biblica

Ad scientias biblicas augendas Arabes et Judaeos et Christianos adibant. Quod multis locis aut de Talmudo et Midrašo, aut de Testamento Novo et eis libris apocryphis, quibus imprimis Christiani utebantur, sumptis demonstratur. Christiani quidem legendas Testamenti Veteris Arabibus narrare poterant, de Testamento Novo Judaei fere nihil, cum usque ad nostra tempora perpauca ex eo sciant. Accedit, quod Judaei multo aliter de Christo ejusque doctrina sentiebant, quam ut Arabibus, qui secundum Coranum etiam ipsi Christum divinum hominem putant, responsa eorum placere possent. Contra multa ex Testamento Vetere per Christianos in legendas manaverunt, quas in libris Arabicis invenimus. Sic apud Tabarium (I, p. 188 l. 19) scriptum videmus Noëm ab hominibus nimis vexatum exclamasse: *اللهم اغفر لقومي فإنهم لا يعلمون*, neque enim dubitabimus, quin ad hoc dictum verba Luc. 23, 34 referenda sint. Etiam nomina Testamenti Veteris saepe formam Syriacam exhibent, ut *نمرود*, *روبييل* (*زهبيل*).

Sed melius est nos de proposito disserentes singula consecrari, quam summatim rem exponere. Quod ita faciemus, ut quattuor insignissimos harum rerum auctores describentes exemplis allatis monstrare conemur, quae eorum fides sit, et quomodo ea, quae eorum ad fidem narrantur, e Judaeorum Christianorumque libris pendeant. Hi sunt: Ka'b el-ahbâr, Ibn-Abbâsius, Wahbius f. Munabbihî, Ibn-Ishâqius. E quibus Ibn-'Abbâsium et Ibn-Ishâqium, quorum praecipua studia atque curae aliis in partibus posita essent, tantum modo tractabimus, quantum causa nostra expetit; in Ka'bum et Wahbium, qui praecipue hisce in rebus versabantur, penitus, quantum materia nobis suppetens facultatem dat, inquiremus.¹

agunt, declarandis commentarios testes afferre, ut Geiger saepe in libro „Was hat Muhammed etc.“ fecit. Namque auctores primi, qui scientias suas biblicas per Judaeos Christianosque auxerant, multa verbis coranicis subiciebant a Mohammede ipso aliena. Traditionibus modo, quae speciem veritatis habent, testibus uti licet.

¹ Dixerit quispiam non omnia illorum virorum ex auctoritate narrata vera eorum esse, quod imprimis de rebus secundum Ibn-Abbasium narratis dicendum est (cfr. Nöldeke I. c. p. XXV). Sed cum ad illos viros censendos nulli alii fontes nisi ejus modi traditiones nobis suppetant, etiam id operae pretium est disserere, quales in his traditionibus nobis appareant. Quamquam, ubi aliquid nos profecturos sperabimus, fidem traditionum exquirere conabimur.

A.

De Ka'b el-aḥbār.

كَعْبُ الْأَحْبَارِ: هو كعب بن مائِعٍ الحِمَيْرِيُّ أَبُو اسْتَحِقٍّ مِنْ مُسْلِمِي
 أَحْبَارِ أَهْلِ الْكِتَابِ أَسْلَمَ فِي خِلاَفَةِ الصِّدِّيقِ وَيُقَالُ فِي خِلاَفَةِ عُمَرَ أَدْرَكَ
 الْجَاهِلِيَّةَ أَرْسَلَ عَنِ النَّبِيِّ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ وَرَوَى عَنْ عُمَرَ وَصُهَيْبِ
 وَعَائِشَةَ وَبَنَتْ كَثِيرًا مِنَ الْإِسْرَائِيلِيَّاتِ رَوَى عَنْهُ أَبُو هُرَيْرَةَ وَابْنُ عَبَّاسٍ
 وَابْنُ عُمَرَ وَمَعَاوِيَةَ وَابْنُ أَمْرَانِهِ تُبَيْعٌ وَأَبُو سَلَامٍ مَمْطُورٌ وَأَبُو رَافِعِ الضَّائِعُ
 وَسَعِيدُ بْنُ الْمُسَيَّبِ وَعَطَاءُ بْنُ أَبِي رَبَاحٍ وَخَالِدُ بْنُ مَعْدَانَ وَعَبْدُ الرَّحْمَنِ
 ابْنُ مَغِيثٍ³ وَطَائِفَةٌ وَكَثِيرٌ مِنْ هَؤُلَاءِ لَمْ يَلْقَهُ بَلْ أَرْسَلَ عَنْهُ قَدِمَ مِنَ
 الْيَمَنِ فَاسْلَمَ بِمَ خَرَجَ إِلَى الشَّامِ فَسَكَنَ حِمَصَ وَمَاتَ فِي خِلاَفَةِ عَثْمَانَ
 وَكَانَ سَعِيدُ بْنُ عَبْدِ الْعَزِيزِ يَقُولُ أَسْلَمَ كَعْبٌ عَلَى يَدِ أَبِي بَكْرٍ وَقَالَ عَلِيُّ
 ابْنُ زَيْدِ بْنِ جُدْعَانَ⁴ عَنْ ابْنِ الْمُسَيَّبِ أَنَّ الْعَبَّاسَ قَالَ لِكَعْبٍ مَا مَنَعَكَ
 أَنْ تُسْلِمَ عَلَى عَهْدِ النَّبِيِّ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ وَعَهْدِ أَبِي بَكْرٍ حَتَّى
 أَسْلَمْتَ الْآنَ فَقَالَ إِنَّ أَبِي كَتَبَ لِي كِتَابًا مِنَ التَّوْبَةِ وَرَفَعَهُ إِلَيَّ وَقَالَ
 أَعْمَلْ بِهَذَا وَخَنَمَ عَلَى سَائِرِ كُتُبِهِ وَأَخَذَ عَلَيَّ أَنْ لَا أَقْرَأَ الْخَاتِمَ فَلَمَّا كَانَ
 الْآنَ وَرَأَيْتُ الْإِسْلَامَ يَظْهَرُ وَلَمْ أَرَ بَأْسًا قَالَتْ لِي نَفْسِي لَعَلَّ أَبَاكَ غَيَّبَ
 عَنْكَ عَلِمًا فَفَضَضْتُ الْخَاتِمَ فَفَقَرَأْتُ فَوَجَدْتُ صِفَةَ مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ
 وَسَلَّمَ وَأَمَّتِيهِ فَجِئْتُ مُسْلِمًا فَوَالِي⁵ الْعَبَّاسَ وَقِيلَ ذَكَرَ أَبُو الدَّرْدَاءِ كَعْبًا
 فَقَالَ إِنَّ عِنْدَ ابْنِ الْحَمِيرِيِّ لِعَلِمًا كَثِيرًا وَقَالَ مَعَاوِيَةَ بْنُ صَالِحٍ عَنْ عَبْدِ
 الرَّحْمَنِ بْنِ جُبَيْرِ بْنِ نُفَيْرٍ قَالَ قَالَ مَعَاوِيَةَ الْآنَ ابْنُ أَبِي الدَّرْدَاءِ أَحَدُ الْحُكَمَاءِ

¹ Cod. Spr. 273 (Dehebi, Tadhīb et-Tahdīb III) f. 16 a sq.; cfr. etiam Tabari III, p. 2474 sq. Ibn-Coteiba, p. 219; Ibn-Athīr III, p. 121; Ibn-Ḥaḡar, Iṣābe III, p. 635 sqq.; Nawawī p. 523; Sprenger, l. c. III, p. CIX not. 2.

² Ibn-Ḥaḡar: بكسر المثناة من فوق.

³ Cod. Spr. 272 f. 153 b l. 12: (Cod. معيب) عبد الرحمن بن مغيث ويقال ابن أبي مغيث.

⁴ Hoc loco et Spr. 272 f. 272 a supr.: جدعان; sed iam Barthius in Tab. p. 290 l. 8 et 524 l. ult. recte جدعان legit.

⁵ Mscr.: فوال.

*ألا إنَّ عمراً بن العاصمى أحد الحكماء؛ ألا إنَّ كعبَ الأخبار أحد العلماء
 إن كان عنده لِعِلْمٌ كالنِمار وَإِنْ كُنَّا فِيهِ كَمَفْرَطَيْنِ وَرَوَى أُسَامَةُ بْنُ زَيْدِ
 اللَّيْثِيِّ عَنْ أَبِي مَعْنٍ قَالَ لَقِيَ عَبْدُ اللَّهِ بْنَ سَلَامٍ كَعْبَ الْأَخْبَارِ عِنْدَ عَمْرِو
 فَقَالَ يَا كَعْبُ مَنْ أَرْبَابُ الْعِلْمِ قَالَ الَّذِينَ يَعْمَلُونَ بِهِ قَالَ فَمَا يُدْهَبُ
 الْعِلْمُ مِنْ قُلُوبِ الْعُلَمَاءِ بَعْدَ أَنْ حَفِظُوهُ وَعَقَلُوهُ قَالَ يُدْهَبُ الطَّمَعُ وَسُرَّةُ
 النَّفْسِ وَتَطَلَّبُ الْحَاجَاتِ إِلَى النَّاسِ قَالَ صَدَقْتَ وَقَالَ خَالِدُ بْنُ مَعْدَانَ
 عَنْ كَعْبٍ قَالَ لَأَنَّ أَبْيَكِي مِنْ حَشِيَّةِ اللَّهِ أَحَبُّ إِلَيَّ مِنْ أَنْ أُهْدَى²
 بِوَرْنِي ذَهَبًا وَقَالَ أَبُو الصَّبَّاحِ عَبْدُ الْعَقُورِ عَنْ هَمَّامٍ قَالَ دَخَلْنَا عَلَى كَعْبٍ
 وَهُوَ مَرِيضٌ فَقُلْنَا كَيْفَ تَجِدُكَ يَا أَبَا إِسْحَاقَ قَالَ أَحَدُنِي جَسَدًا مُرْتَبِنًا
 يَعْطِي فَإِنْ بَعَثَنِي اللَّهُ مِنْ مَضْجَعِي بَعَثَنِي وَلَا ذَنْبَ لِي وَإِنْ قَبَضَنِي
 قَبَضَنِي وَلَا ذَنْبَ لِي وَقَالَ الْوَلِيدُ بْنُ مُسْلِمٍ عَنْ صَخْرٍ بْنِ جَدْدَلٍ عَنْ
 بُؤَيْسِ بْنِ مَيْسَرَةَ عَنْ أَبِي قَوْزَةَ حَدِيثِ السَّلْمِيِّ قَالَ خَرَجَ بَعَثَ الصَّافِيَةَ³
 فَانْتَبَ فِيهِ كَعْبٌ أَحْسَبُهُ قَالَ فَخَرَجَ وَهُوَ مَرِيضٌ فَقَالَ لَأَنَّ أَمُوتَ
 بِكَرْسِنَا أَحَبُّ إِلَيَّ مِنْ أَنْ أَمُوتَ بِدِمَشْقَ وَلَأَنَّ أَمُوتَ بِدُومَةَ أَحَبُّ إِلَيَّ
 مِنْ أَنْ أَمُوتَ بِكَرْسِنَا هَكَذَا فَدَمًا فِي سَبِيلِ اللَّهِ فَمَاتَ بِحِمَصَ فَدَفَّنَاهُ
 بِعَنَاكِ⁴ بَيْنَ زَبْتُونَاتِ أَرْضِ حِمَصَ وَمَضَى الْبَعَثُ فَلَمْ يَغْقَلْ حَتَّى قُتِلَ
 عَثْمَانُ وَقَالَ ابْنُ سَعْدٍ نُوْفِيَ سَنَةَ اثْنَيْنِ وَثَلَاثِينَ رَحِمَهُ اللَّهُ⁵

„Est hic Ka'bus filius Mâti'i, Homerita, Abu Ishâq, e viris
 doctis ex أهل التوربة، qui ad Muhammedis fidem conversi sunt.
 Namque Verace (Abu-Bekro) chalifâ conversus est, aliorum vero
 testimonio chalifâ 'Omaro. Natus est iam aetate paganismi. Verba
 Muhammedis ita reddidit, ac si a propheta ipso ea accepisset, cum
 re vera ei tradita essent ab 'Omaro, Soheibo, 'Aîsa. Etiam multas
 Israëliitarum legendas divulgavit. Ad fidem ejus tradiderunt: Abu-
 Hureira, Ibn-'Abbâs, Ibn-'Omar, Mu'âwija, privignus ejus Tobei,
 Abu-Salâm Mamtûr, Abu-Râfi' Aurifex, Sa'id f. el-Musajjab, 'Atâ

¹ Haec verba, quae apud Ibn-Hağarum (p. 637 inf.) non inveniuntur, in
 hunc locum perperam addita esse videntur.

² Mscr.: اعدى.

³ Deest in Mscr.

⁴ فَرَوَةَ بن؟

⁵ Nescio an ita recte pro الصابغة Msciti. scripserim.

⁶ بِعَاكِ؟ cfr. Lisân el-'arab XII, p. 359.

f. Abu-Rabâh, Châlid f. Ma'dân, 'Abd-er-Rahmân Mugîth, alii. Quorum multi, etsi traditiones non ex ore ipsius acceperant, tamen eum citabant auctorem.

Ex Jemeno decessit atque Muhammedis religionem amplexus est, tum in Syriam emigravit, ubi Emesae consedit. Othmano chalifâ mortuus est.

Sa'idus f. 'Abd-el-'Azizi dicebat: Ab Abu-Bekro commotus Ka'bus ad Muhammedanismum conversus est. 'Alius vero f. Zeidi, f. Ġod'âni auctore Ibn-el-Musajjabo dixit: 'Abbâsio Ka'bum interroganti, quid impedisset, quominus aut prophetae aut Abu-Bekri aetate converteretur, ut tunc demum Islamismum sequeretur, ille respondit: En pater unum librum pentateuchi mihi transcripsit atque apud me deposuit iubens me huius praeceptis obtemperare; reliquos vero consignavit promissoque me obstrinxit, ne sigillum solverem. Tum vero, cum Islamismum sine ullo detrimento triumphantem vidissem, cogitabam patrem fortasse de re quae cognosceretur digna me celasse. Qua cogitatione commotus sigillo soluto libros legi, atque profecto in eis Muhammedem ejusque asseclas descriptos inveni. Itaque Muslimus factus sum. Tum ab 'Abbasio praeceptor et amicus acceptus est.

Narrant Abu-d-Dardam Ka'bi mentionem facientem dixisse: „Profecto in filio mulieris Homeritanae multum scientiae inest“. Etiam Mu'âwija f. Şâlihi secundum 'Abd-er-Rahmân f. Ġubeiri, f. Nufeiri narravit Mu'âwijam dixisse: „Profecto sapientibus in viris Abu-d-Darda, Ka'bus in doctis numerandus est. Profecto tantum doctrinae habuit, quantum est palmularum numerus, etiamsi nosmet eum negleximus.“

Usâma f. Zeidi el-Leithi ad Abu-Ma'ni fidem haec tradidit: „Abdallah f. Salâmi, cum Ka'bum apud 'Omarum offenderet, ex eo quaesivit, qui proceres doctrinae essent. „„Ii,““ Ka'bus respondit, „„qui eam sequuntur.““ „„Quid vero est, quod hanc ex animis virorum doctorum pellat, postquam eam memoria tenuerunt, animoque infixerunt?““ Ille, „„Expellunt eam,““ ait, „„libido et cupiditas animi et rerum necessariorum apud homines petitio.““ „„Recte dixisti,““ inquit ille.“

Châlidus f. Ma'dâni Ka'bum dixisse tradit, malle se flere timore Dei commotum, quam donari auro pondus suum aequante. Abu-ş-Şubâh 'Abd-el-Ġafûr secundum Hammâmum dixit: „Cum Ka'bum aegrotantem conveniremus, ex eo quaesivimus, quo modo

se haberet. „„Habeo me,““ inquit ille, „„corpus oppignoratum facinoribus meis. Si Deus me ex hoc lecto erexerit, erexerit, neque mihi hoc crimini erit; sin me sustulerit, sustulerit, neque mihi hoc crimini erit.““ Elwalid f. Muslimi secundum Ša'hrum f. Ġandali secundum Jūsufum f. Maisarae secundum Abu-Fauzam (Farwam?) [filium?] Ĥudeir[i] es-Salmi (es-Sulami) narravit: „Exercitu quodam Šâfiam(?) proficiscente Ka'bus sese albo militum ascripsit — puto eum dixisse: „et aegrotus exiit“ —, cum diceret malle se Ĥarastae quam Damasci mori, et Dûmae quam Ĥarastae, dum strenuus in „via Dei“ esset. Sed iam Emesae mortuus est. Quo facto corpus eius in tumulto arenae(?) in oleis arboribus terrae Emesenae conteximus,¹ atque tum exercitus profectus est. Itaque post Othmani mortem demum Ka'bus sepultus est. Auctore Ibn-Sa'do anno trecesimo altero e vita decessit. Utinam Deus ejus misereatur!“

Ad haec verba Dehebi nonnulla addere liceat. Ac primum quidem nomina ipsa contemplemur. Mirum enim est nomen Ka'bi apud Judaeos temporibus Muhammedis aut antea Arabiam incolentes creberrime inveniri, ut Ka'bus, vir doctus ille Judaeus e gente Qoreizae, qui cum Asado, patrueli, Tobbam (Tobân As'ad) commovisse narratur, ne Medinam deleteret,² Ka'bus f. Asadi, dux Qoreizae et Nadîri,³ Ka'bus f. el-A'srafi, poëta, quem Muhammed necari iussit, Ka'bus, pater Muhammedis el-Qorazi traditionistae,⁴ Ka'bus f. Suleimi . . . el Qorazi.⁵ Jam vero nullo modo dubito, quin et origo nominis plane Arabica sit, et Arabes ipsi ita nominati sint, Judaei autem nomen modo assumpserint nomine Hebraico in illud mutato. Si autem respexerimus, qua ratione Judaei nunc nominum suorum loco nomina gentium, inter quas habitant, assumant, videbimus eos magis sonum nominis quam vim sectari. Sic pro nomine Judae nomen Julii, Isaaci nomen Isidori etc. recipiunt. Idem Judaei Arabici faciebant, quippe qui nomen Judae in يڪيى mu-

¹ Apud Ibn-Batûtam (ed. Defrémery et Sanguinetti prima) I, p. 222 et Jaqûtum II, p. 595 l. 19 dicitur sepulcrum Ka'bi Damasci esse.

² Tab. p. 902 sqq.

³ Cfr. locos in indice Sirae Ibn-Hi'sâmii s. nom. enumeratos.

⁴ Fischer, Biographien von Gewährsmännern des Ibn Ishâq p. 60 sqq.

⁵ ibid. p. 62 inf. sq.

tarent,¹ differentia inter ה et ח neglecta. Porro Jacobo Sappiro teste² Judaei nunc Jemenum incolentes nomen עוואץ in עובדיה (= عوآض,, שהם קוראים הצדי בנקודה שעליה כחצי דאל כבערבי,, עוואץ mutant, item differentiam inter ט and טו non curantes.³ Itaque coniectaverim nomini עקב apud Judaeos nomen עקיבא aut יעקוב subsesse. Forma يعقوب post Coranum demum apud Arabes exstitit.

¹ Steinschneider in Frankels Zeitschrift für die religiösen Interessen der Juden, 1845 p. 78 et ZDMG XXXII, p. 392.

² Ebhen Sappir I, f. 99a inf.

³ Sappirus (ibid.) tradit apud Judaeos Jemenenses nomini יכיי, quod in omnibus fere domibus nunc invenitur, nomen Hebraicum זכריה respondere. Quae nomina, cum neque vi neque sono similia sint, nescio an eam ob causam Judaei mutaverint, quod cum nomine יכיי saepe kunja أبو زكرياء coniuncta erat. (Cfr. Steinschneider ibid.; librum „Österreichisches Blatt für Litteratur und Kunst“ anni 1845, in quo sese de nominibus Arabico-Judaicis disserturum esse ibid. not. 1 dicit, mihi non praesto fuit, cum in ipsa bibliotheca regia Berolinensi non invenitur.) Quod vero St. dicit hanc nominum coniunctionem inde ortam esse weil Johannes der Täufer Sohn(!) Sacharjas ist non probaverim, etsi alias (l. c. p. 80) suo iure dicit die Verwechslung von Abu und Ibn ist namentlich bei den Juden nichts seltenes. Nam primum Judaei vix sciebant, quod nomen Johannis patri fuisset, tum voces Abu et Ibn certe magis in codicibus per scribas quam in sermone hominum perturbabantur. Quod autem id apud Judaeos saepius invenitur quam apud Arabes, haec mihi videtur causa esse, quod, cum illi sermonem Arabicum litteris Hebraicis scriberent, potius apud eos אבן et אבו (vox אבו etiam pro genitivo et accusativo invenitur) quam apud Arabes ابن et أبو aut أبا commutari poterant.

Ceterum cum iam de nominibus Arabico-Judaicis disseramus, verba Sappiri (ibid.) referre liceat dicentis nunc in Jemeno nullum Judaeum esse, cui nomen Esdrae sit. Addit haec: (שבטאם, v. Jâqût שבטאם, v. Jâqût III, p. 248 s. v.) בן שבע שנים שקראוהו עורא כי נעשה לו גם קורם לדתו וקראו עורא כי עורו ה' והוא אחד ואין שני לו. Cujus rei causam tradunt fuisse hanc: Ex Babylonia reversus Esdra etiam Judaeos iam tunc Arabiam incolentes hortatus est, ut exemplum fratrum secuti Hierosolyma reverterentur. Cum autem ei obsequi nollent, Esdra eos exsecrationibus gravissimis affecit; atque ipsi ei maledixerunt, ne Hierosolymis sepeliretur. Exsecrationes ejus non ad irritum ceciderunt, cum illi posterioribus saeculis nostra ad tempora atrocissime opprimerentur. Quam ob rem eum adeo oderunt, ut nemini nomen ejus indant.

Apertum est hanc non esse veram rei causam; potius coniecto rem aliquo modo cum testimonio illo Corani (sur. 9 vs. 30) cohaerere, quo affirmatur Judaeos Esdram ut Dei filium colere. Fortasse re vera aliquando in Arabia secta quaedam Judaea Sethianorum modo Christianismum imitans Esdram, quem etiam ceteri valde colebant (cfr. Geiger l. c. p. 194), illo modo venerabatur, atque hanc ob causam reliquis Judaeis odio factus est.

De nomine حَبْر, أَحْبَار iam multa scripta sunt.¹ Forma حَبْر magis quam حَبْر formae primitivae חָבַר respondet, quod nomen in scholis Judaeorum Babylonicorum gradum quandam, gradu רָבִי (= רִבְיָאִי) inferiorem, significavit.² Itaque etiam haec forma saepius quam حَبْر invenitur.³ Forsitan vero forma حَبْر inde orta sit, quod Arabes veram vocis peregrinae vim ignorantes id vocabulum cum حَبْر (= بِحْر) quod et ipsum peregrinum est, confundebant.⁴

Jam supra legimus Ka'bum in Syriam profectum esse. Ubi a Muâwija, qui maxime historiis veteribus studebat, aula receptus esse dicitur. De colloquiis ejus cum Muâwija multa narrantur, quorum plurima haud dubie postea ficta sunt. Notissimum quidem est illud de إرم ذات العماد (Sur. 89 vs. 5 sqq.).⁵ Muâwijae enim de loco illo roganti multa de admirabili ejus structura, auri, argenti, moschi, croci plena narravit. Quem locum virum Arabem camelos amissos quaerentem intratum dixit, huiusque viri faciem descripsit. Tum ad consessum chalifae versus: „en vir ille“ exclamavit. Atque profecto Arabs iste camelos quaerens locum significatum adierat. Quae historia num vera esset, iam Mas'ûdius dubitavit.⁶

In ceteris quoque historiis de eo narratis talis depingitur, cui responsa numquam defuerint, qui de quibuslibet rebus edocuerit,⁷ quamquam haud semper, quae dicebat, vera erant. Itaque, si earum rerum, quae de eo narrantur, auctor fuit, iure eum principem fabulatorum illorum declaraveris, quos Arabes قُصَّاص nominant; non

¹ Geiger l. c. p. 49 sq.; G. Rösch l. c. p. 414; Goldziher in ZDMG XXXII, p. 347 not. 1; Hirschfeld, Beiträge zur Erklärung des Korans p. 51.

² Zunz, Gottesdienstliche Vorträge¹, p. 38.

³ Cfr. Lane s. v.

⁴ Herbelotius (l. c. s. v. Caab) dicit Caab el Akhbar (sic!) librum fuisse et fabulas muslemicas legendis Christianorum mixtas exhibuisse. Hammer vero (Litteraturgeschichte der Araber II, p. 161), qua erat diligentia, item nomen كعب الاخبار scripsit et in verba „Würfel der Kunden“ vertit.

⁵ Maçoudi IV, p. 88 sq.; Tha'labi p. 90 sq.; Jâqût I, p. 215.

⁶ Similis fabula apud Jâqûtum (IV, p. 158 sup.) narratur.

⁷ Cfr. Jâqût IV, p. 127 l. 4 sqq., p. 608 inf. de geographia Aegypti; Maçoudi III, p. 130 l. 9 sqq. de 'Irâqo; Ibn Hagar l. c. p. 637 inf. haec narrat: Abdallah f. ez-Zobeiri capite Muhtâri ad se apportato: „Nihil“, inquit, „me dominante evenit, nisi quod Ka'bus mihi praedixerat. Dixit vero fore, ut ab homine Thaḫafita interficerer; en istud ejus caput!“ Nescivit enim I. aġġâġum sibi insidiari.

ad eos venturum dixisset,¹ ipsum Muhammedem esse. Qua in opinione, Muhammedem paraclitum illum esse, usque ad nostram aetatem stant eamque docent. “Ka’bum hunc eundem ac كعب الأحبار esse iam Gottheilio (ibid.) verisimile videbatur. Neque vero intellexit epitheton illud كعب الحبر nihil aliud esse nisi vocem huius translata.

Videmus iam de Ka’bo plerumque legendas et narratiunculas, easque haud dubie falsas, inveniri. Praeterea nusquam memoratur libris ullos ab eo scriptos existisse. Itaque facile intellegitur, cur auctor, quo diligentior in traditionibus fidis selegendis fuit, eo minus locorum secundum Ka’bum citatorum in librum suum receperit. Sic apud Ibn-Coteibam nihil, apud Tabarium perpauca, plura apud Tha’labium, permulta apud Kisaium reperimus. Atque maxime notandum est, cum fontes permultarum legendarum sub Ka’bi nomine in posterioribus libris narratarum incassum quaesiveris, omnibus locis Tabarianis sententias Rabbiorum vel Patrum subesse. Sic legimus (p. 8 l. 15): قال كعب الدنيا ستة آلاف سنة. Quae sententia non modo in Talmudo² invenitur: ששת אלפים שנה היא עלמא, sed etiam in libris Patrum irrepsit.³ Deinde (p. 57 l. 17 sqq.): Deum inde a die Solis usque ad diem Veneris mundum creasse sed ita, ut singulis diebus mille anni continerentur. Quae sententia a psalm. 90, 4 repetita⁴ etiam apud Patres divulgata est.⁵ Tum p. 114 l. 1 Abu-Hureira ex Ka’bo de die Veneris haec audjvisse dicitur: فيه خلق آدم عم وفيه دخل الجنة وفيه أخرج منها وفيه تقوم الساعة. Adamum die Veneris et creatum esse et in paradikum venisse etiam in libris Judaeorum ac Christianorum invenimus.⁶ Illud solum, quod dicitur iudicium ultimum die Veneris fore, ipse aut traditor ejus videtur adiunxisse.⁷ Porro idem Abu-Hureira (p. 292 l. 12 sq.) Ka’bum confirmantem laudat, Ishâqum (sc. non Ismaëlem) eum fuisse, quem Abrahamus mactaturus fuisset. Etiam

¹ Joh. 14, 16; 15, 26; cfr. etiam Hottinger, Historia orientalis p. 10.

² Sanhedrin f. 97 a; ‘Abhoda zârâ f. 9 a.

³ Cfr. Patol. lat. tom. 219 col. 49 sq. indicem „De duratione mundi et ejus fine“.

⁴ Cfr. Sanhedrin ibid.

⁵ Cfr. Sancti Isidori Hispalensis opera V (Patol. lat. tom. 83) p. 525 § 6 cum not.

⁶ Cfr. imprimis „Spelunca“ II, p. 252 sqq., tum libr. Adami p. 34 l. 8 sqq.; Sanhedrin f. 38 b sup.

⁷ Cfr. de iudicii die Christianis occulto Patol. lat. tom. 220 col. 294.

fabulae sequenti (p. 293 l. 2 sqq.) de Satana ad Saram et Ishâqum veniente locus e Midraśo subest.¹

Narratiunculae vero p. 62 l. 15 sqq. et p. 464 l. 15 sqq. speciem earum exhibent, quae postea ad augendam fidem atque laudem traditorum Muhammedanorum — hoc loco Ibn Abbâsii² et Abdallahi f. 'Amri f. el-Âṣi — inventae sunt. Ceterum ad ea, quae de baculo dicit (p. 465 l. 3 sq.), cfr. Pirkē Aboth 5, 8.

At jam apud Tha'labium fere omnia, quae ex Ka'bo narrantur, fontibus carent. Longum est omnia afferre, tres primi loci sufficient, ut quales traditiones istae sint, intellegas. Sic p. 4 l. 10 sqq. secundum eum narratur Iblisum ad magnum illum piscem terram baiulantem accessisse, eique persuadere conatum esse, ut onus excuteret. Cui cum piscis obsequi vellet, Deum bestiam misisse, quae per nasi foramen in cerebrum ejus intraret. Tum vero pisce Deum peccato, precibusque auditis, bestiam illam exiisse. Narrant quidem Rabbini et ipsi Leviathanum terram portare,³ sed de conatu illo Satanae nihil invenitur; fabula vero de animali in cerebrum alicuius per nares penetrante e fabulis de Nimrode aut Tito narratis repetita est.⁴ Porro p. 10 l. 24 sqq., cum Deus thronum creasset, hunc se iactasse, quod nihil se maius creatum esset. Quo audito Deum serpente septuaginta milium alarum eum circumdedisse, singulis

¹ Midraś Tanchuma ed. Varsov. I, f. 30a sqq.

² Historia haec suavissima, quam iam Sprenger l. c. p. CX ex Tha'labio abbreviatam narravit, hic tota referatur: Muhammed f. Abu-Manṣûri secundum Ikrimam tradidit: Dum Ibn-Abbâsius die quodam consessum habet, en, homo eum adiit atque: „O Ibn-Abbâsi!“ exclamavit, „Ka'bum aliquid miri de sole lunaque dicentem audivi.“ Quo audito, cum inclinatus sederet, sese erexit et: „Quidnam?“ interrogavit. „Contendit Ka'bus“, inquit ille, „solem lunamque die resurrectionis ut duos tauros vulneratos apportatum et in Gehennam iactatum iri“. Ikrima perrexit: „Ecce, alterum labium Ibn-Abbâsii ira inflammati celeriter evectum (طارت), alterum submissum est, tum ter exclamavit: „Ka'bus mentitus est, Ka'bus mentitus est, Ka'bus mentitus est. Hic Judaismus est, quem in Islamismum introducere vult. Deus sublimior atque honestior est, quam qui oboedientiam sui poena penset. Nonne verba Dei audivisti: „Et mansueta vobis solem lunamque reddidit et diligentia (Cor. 14 vs. 37). Diligentia enim in oboediendo sibi solum dicit. Quomodo igitur ministros puniet, quos diligentes in oboediendo sibi laudat? Utinam Deus doctorem istum Judaeum oppugnet, ejusque doctrinam exprobrat, eam ob causam, quae eum audacem contra Deum reddiderat, mendaciumque ejus contra ambos ministros Deo oboedientes auxerat.“

³ Cfr. Midraś Kônên (Jalqut Elieser II, f. 1b n. 12; 2b n. 20).

⁴ Cfr. Lidzbarski in Zeitschrift für Assyriologie VII, p. 112 cum not. 1.

autem alis septuaginta milia pennarum fuisse, singulis pennis septuaginta milia facierum, singulis faciebus septuaginta milia orum, etc. Huic serpentis descriptioni respondet p. 11 l. 21 sqq. arboris سدرة المنتهى (Cor. 53, 14). Tum p. 25 l. 29 sententia Ka'bi citatur, Adamum primum denarios et drachmas cudisse, cum Rabbinum Abrahamo demum hanc artem attribuant.¹ Memoratu dignum vel hoc est. Modo ex Tabario narratiunculam de Ibn-Abbâsio ira Ka'bi inflammato attulimus. Eandem etiam apud Tha'labium (p. 12 l. 6 sqq.) invenimus. At hic sermo longissimus Ibn 'Abbâsii sequitur, quo finito rursus haec scripta videmus (p. 16 l. 6 sqq. — cfr. etiam Sprenger l. c.): Ikrima dixit: „Tum ego cum eis viris, qui historiam illam de sole lunaque secundum Ka'bum relatam audiverant, surreximus et ad hunc venimus. Atque eum de ira Ibn-Abbâsii certiore fecimus, eoque de animo, quo hic narratione illa affectus sit, tum de eis rebus, quas ipse de illis secundum prophetam inde ab ortu eorum usque ad reditum in statum primitivum prosecutus est. Quae cum audivisset Ka'bus: „Equidem“, ait, „narravi ex libro oblitterato et detricto, qui per plurimas manus iverat, Ibn-Abbâsius vero librum recentiore, a Deo misericordii libros abrogante compositum, atque principem prophetarum, optimum hominum, secutus est.“ Tum ad Ibn-Abbâsium ivit, et „Nuntiatum mihi est“, inquit, „quo animo narratione mea affectus sis et quae tu e libro divino atque traditione prophetae narraveris. Profecto peto a Deo, ut mihi hoc condonet, etsi illa non ipse finxi, sed e libro oblitterato narravi, ut nesciam, quae infideles Judaeique in eo commutaverint, tu vero e libro recenti narrasti etc.“

Videmus igitur iam in libro Tha'labii tam multa narrari, quae haud dubie postea a fabulatoribus efficta sunt. Eo meliore iure affirmare licet, quae dicta Ka'bi Kisaius aut posteriores narrent, eorum illum auctorem non esse. Adhuc vero apud nos legendae propheticae Kisaii imprimis e libro, aut e libris posterioribus, quibus hisce in rebus nullo modo maior fides attribuenda est, narrabantur, atque ex eis auctoritas fidesque Ka'bi censebatur. Itaque non temere mihi videor dicere opinionem de Ka'bo apud nos vulgatam parum firmis fundamentis niti.

¹ Bâbhâ Qâmâ f. 97b, Midra's Rabbah Gen. 39, 11. Recentiores sane etiam Adamo artem nummos cudendi attribuerunt (Fabricius, Cod. Pseudoeop. Vet. Test. I, p. 85).

B.

De Ibn-Abbásio.

Muhammedani Ibn-Abbásium suum doctorem (حبر) ac Rabbinum appellaverunt,¹ quibus titulis eos quasi aculeis in Judaeos usos esse puto. Crebra dicta ejus traduntur, e quibus animus ejus a Judaismo aversus elucet.² Neque tamen ipse abstinuisse videtur, quin legendas Judaicas in قصص الأنبياء introduceret, quae saepe nimis cum locis in libris Judaeorum congruunt. Cum autem veri dissimile videatur esse eum in Arabia „Rabbinum Arabum“ existitisse, dixerim Bašrae, cui urbi a sobrino suo ‘Alío praefectus erat, eum legendas illas a Judaeis accepisse.

Cum Muhammedanus et Arabicus doctor fuerit, in historiis biblicis ex eo narratis imprimis Corani et rerum Arabicarum ratio habetur. Sic dicit Deum montes die Martis creasse, cum hic „dies gravis“ (يوم ثقيل) nominetur (Tab. p. 52 sup.). Idem exemplum docet, unde Arabes origines arcessere debuerint, nisi eas e bibliis repetere vellent. Neque enim quidquam aliud illic vox ثقيل significat, nisi „gravis, infaustus“,³ cum Arabibus dies Martis dies infaustus sit, id quod etiam in proverbio vulgari ثِيَابِ التَّلَاقَاءِ وَرَأْتَهُ apparet. Alias legimus (p. 297 l. 15): عن عبد الله بن عباس: ... أَنَّهُ قَالَ الْمَغْدِيُّ إِسْمَاعِيلُ وَزَعَمَتِ الْيَهُودُ أَنَّهُ إِسْحَاقُ وَكَذَّبَتِ الْيَهُودُ, quamquam ad multorum aliorum fidem (p. 292 sq.) Isaacum sacrificatum esse dixit. Item sensu atque animo Arabico commotus videtur esse, cum diceret (p. 39 l. 11 sq.) nomina dierum hebdomadis non esse ابجد هوز الخ (אבגדהוז) sed أحد اثنين الخ. Rursus fabula illa ex eo narrata (p. 149 sq.) Ewam Satana auctoré liberos non عبد الله etc. sed عبد الحارث etc. nominasse, quae legenda postea valde aucta est, ab eo ficta videtur esse, cum neque in libris Judaeorum neque Christianorum inveniatur,³ idque eo consilio, ut Muhammedani ea commoti liberos non idolorum e nominibus

¹ Nawawi p. 351 l. ult.; p. 353 l. 3 inf.; Sprenger l. c. p. CXI.

² Cfr. supra p. 39 not. 2; tum Bochari II, p. 355 l. 9 sqq.; Tab. p. 417 l. 1 sqq.; 424 l. 10 sqq.

³ Locus, quem Hottinger (l. c. p. 16) e Midraš Rabbah, Gen. citat, huc non pertinet.

sed e Deo nominarent. Denique hoc insignissimum afferam, quod ex eo traditur (Tha' l. p. 240 l. 29) inter conceptum Mariae, ortum Jesu fugamque unam horam interfuisse, idque inde concludit, quod in Corano in illis factis narrandis nullum intervallum sit!

Tamen multae res ejus ad fidem narratae cum fontibus Judaicis et Christianis congruunt, ut studiose a Judaeis Christianisque, sive proselytis, sive eis, qui in sua religione manserant, notitiis biblicis videatur esse imbutus. Atque ipse, ut Muhammed, melius versatus est in legendis apocryphicis et haggadicis, quam in biblicis. Quod autem in his quoque traditionibus multos errores invenis, pro fide illa traditorum non mirum est.

Ea, quae ex bibliis ipsis recepit, ut dixi, haud multa sunt. In his numerari debet, quod Ṭab. (p. 506 l. ult.) ex Ikrima ex Ibn-Abbasio narrat omnes Judaeos, qui vicesimum annum transcendissent, in deserto النبيه mortuos esse. Respondet enim hoc Num. 14, 29. Recte etiam secundum eum (Ṭab. p. 166 sup.) nomina atque ordo progeniei Enoši enumeratur, atque post nomina natorum voces واولد بنين وبنوت inveniuntur verbis bibliorum respondentes. Porro Tha'labius (p. 245 l. 16 sqq.) Ibn-Abbâsio auctore de Petri et Andreae conversione narrat haec: كانوا صيادي السمك فمّر بهم عيسى فقال لهم ما تصنعون فقالوا نصيد السمك فقال لهم ألا تمشون معي حتى نصيد الناس قالوا له وكيف ذلك قال ندعو إلى الله قالوا ومن أنت قال أنا عيسى بن مريم عبد الله ورسوله قالوا فهل يكون أحد من الأنبياء فوقك قال نعم النبي العربي فاتبعه أولئك النخ. Horum verborum, etsi secunda pars Islamismum respicit, tamen initium acriter nos verborum Matth. 4 vs. 18—19 commonet.

Verum formae e libris apocryphis et haggadicis repetitae praeponderant. Sic dicit (Ṭab. p. 137 sq.) una cum omni filio Adami etiam filiam natam esse.¹ Item (p. 144 l. 11) Kainum cum sorore de monte, qui hîc بود nominatur (cfr. supra p. 15 not. 3), fugisse.²

Porro Ṭab. p. 163 sup.: „Cum Noë de arca descendisset, Adamus Hierosolymis sepultus est“. Simili modo in „Spelunca“ II, p. 116 narratur corpus Adami a Noë ante diluvium in arcam

¹ Midraś Rabbah Gen. 22, 7 fin; Liber Adami p. 81 l. 17; Spelunca II p. 34.

² Cfr. libr. Adami p. 91 l. ult. sq.

receptum a Semo et Malkiṣedek in Golgatha conditum esse. Etiam quod dicit (Tab. p. 165 l. 5 sq.) Enošum cum sorore نعمة Kai-nanum genuisse in libro Jubilaeorum legimus (p. 16 l. 3 inf. sqq.).

Huc id quoque pertinet, quod secundum Ibn-Abbāsium traditur (Tab. p. 195) in arca Noae octoginta homines fuisse. Quae traditio a bibliis magnopere abhorrens apud Muhammedanos longe divulgata est. Apud nos Herbelotius hanc historiae biblicae discrepantiam commemorans Arabes quosdam auctores laudat, in numero illo etiam nepotes ac familiam Noae inclusos esse.¹ Steinschneider² putat numerum octogenarium inde ortum esse, quod ad Noëm ejusque filios atque eorum uxores septuaginta duo Noachidae additi essent. Quam interpretationem alte repetitam esse, quis est, qui neget? Sed post locum modo citatum apud Tabarium legimus (p. 197 l. 1 sq.) Noëm cum de arca descendisset in regione قردى, in Mesopotamia sita, locum elegisse atque hîc urbem condidisse, quam ثمانون appellaret. Namque omnibus, qui, ut ipse, fideles essent, domos illic ab eo aedificatas esse, octoginta vero numerum illorum fuisse. Haec traditio etiam ad Ibn-Abbāsium refertur. In „Spelunca“ autem scriptum videmus (II, p. 102 l. 14 sqq.): **هنا بعمه
عشر نساء حجاباً دائراً حوله منبأ) همنه مصرية اصنع حلا عم
اصنع (sic!) بعمه. بعمه من موحدا** Idem in libro Adami (p. 134 l. 16 sqq.) legimus, ubi vox اصنع ad indolem linguae Aetiopicae accommodata est (ሰግፍፍፍ). Itaque consentaneum est Arabes potius putasse e numero octogenario (ثمانون) quam ex octonario illud nomen urbis ortum esse.

Etiam cum legenda de disiunctione liberorum Adami in eos, qui in monte sacro manserant, eosque qui in vallum descenderant — Sethitas et Cainitas — (Tab. p. 170 l. 5 sqq.) cfr. lib. Adami p. 116 l. 13 sqq.; „Spelunca“ II, p. 46 sqq.

Jam ad eos locos venimus, qui nobis e scriptis Judaeorum repetiti videntur esse; sunt hi multo minus copiosi quam illi. Sic narratur (Tab. p. 388 l. 16 sq.), quamquam catena inde a propheta deducitur, Josephum eam modo ob causam tam diu in vinculis mansisse, quod aliunde quam a Deo auxilium petivisset.³ Etiam haec fabula et in Midrašo et in traditione Ibn-Abbasiana (Tab.

¹ Bibl. orient. p. 676 a infr.

² ZDMG IV, p. 151.

³ Cfr. Midr. Rab. Gen. 89, 2; Jalqut, Gen. cap. 147 (41), Psalm. 863 (105).

p. 449 sq.) reperitur: Pharaonem, ut experiretur, num Moses infans re vera vir ille magnus et sibi regnoque suo periculosus futurus esset, Jethrone auctore ante eum duo vasa, alterum auro, alterum carbonibus vivis repletum posuisse; cum Moses ad aurum brachia tenderet, Gabrielem accurrisse et manum infantis ad vas alterum direxisse. Deinde illum carbone capto atque ori adducto balbum factum esse.¹ Eo solum haec fabula a loco Tabariano differt, quod hic locum auri hyacinthus, locum Jethronis Asia occupat. Etiam id secundum Ibn-Abbâsium recte dicitur (p. 460 l. 11), puellam, quae Mosem ad Jethronem duxerit, eandem esse, quae ei nupserit.

Contra multa inveniuntur, quae ab eo inventa esse videantur, cum nusquam alias existant. Sic legimus (Tab. p. 334 l. 4) nomina filiarum Loti *لَوِيَّة* et *زَغَر*² fuisse, quae nomina nusquam reperiuntur; in libro autem Pirque de-Rabbi-Elieser cap. 25 alteram e filiabus *פלוטית* nominatam esse scriptum videmus. Tum Adamum e paradiso cadentem odores secum portasse, unde odores Indiae orti essent, quod item neque Judaeorum neque Christianorum in libro inveni. Porro quod dicit (Tab. p. 8) mundum septem milium annorum futurum esse, docet quidem ei sententiam illam haud ignotam fuisse, mundum tot milia annorum duraturum esse, quot diebus a Deo creatus sit, nescivit autem diem septimum, quo Deus quiesceret, non comprehendi.³ Denique quod putat Deum die Veneris solem et lunam creasse, ostendit, quam pauca de bibliis ipsis sciverit. Neque vero scio, an id hoc consilio dixerit, ut diem Veneris gravem esse demonstraret.

C.

De Wahbio, Munabbihī filio.⁴

Wahbius, Abu Abdallah, f. Munabbihī, f. Kāmili, f. Sīgī (Seigī), f. Uswāri Šanʿaensis et-tābī'i natus est Dimāri, qui locus duos dies ab urbe Šanʿa abest, anno 34 post Muhammedis secessionem. Gens

¹ Midr. Rab. Exodus I, 26.

² Sic haec nomina legenda sunt! cfr. Jâqût II, p. 934 l. 14 sqq.

³ Idem error apud S. Maximum Tauriensem (Patrol. lat. tom. 57) col. 729, invenitur.

⁴ In vita ipsa describenda imprimis Ibn-Challicanum (III, p. 106), Nawawium (p. 619), Dehebiūm (ed. Fischer in ZDMG XLIV, p. 438 sqq.), Tabarium (III, p. 2493 sq.) secutus sum. Ceteros fontes Fischer ibid. not. I enumeravit.

ejus Herato orta esse dicebatur. Etiam cognomen *أَبْنَاوِي* ei fuit, quod ortus esset ex *أَبْنَاء*, i. e. ex Persis, qui a rege Persarum Chosrau Anuđerwân Wahrizo duce regi Jemenensi Abu-Murra-Seif f. Du-Jezeni contra Abessynios auxilio missi in Jemeno manserant. „Filiis“ eorum cognomen *أَبْنَاء* datum est. Sed hanc non veram nominis originem esse apertum est, quoniam, si res ita esset, omnes gentes *أَبْنَاء* nominari possent, quippe quae omnes filii maiorum suorum sint. Potius coniecerim cognomini illi Persicam aliquam vocem subesse.

Quattuor fratres ei erant: *مَعْقِلَ عَقِيلَ، غَيْلَانَ، هَمَّامَ*, de quibus *هَمَّام* Wahbio maior erat natu (IA V, p. 131). Huic quoque nomen illustre fuit atque saepe in catenis nominatur.¹

Praeceptores Wahbii fuerunt: *غَابِر* f. Abdallah, Ibn-‘Abbâs,² ‘Abdallah f. ‘Amr f. el-‘Âši (de hoc controversia est), frater ejus Hammâm, Abu-Sa‘îd el Chudri, Abu-Hureira, Anes, No‘mân f. Bešîr, ‘Amr. f. Sueib, alii. Ex Wahbio tradiderunt, filii ejus Abdallah et Abd-er-Rahmân, nepos ejus Idrîs f. Sinân, filii fratris ejus Ma‘qil: Abd-eš-šamed et ‘Aqîl, ‘Amr f. Dînâr, qui aequalis ejus fuit, Simâk f. El-Faql, Isrâîl f. Mûsa, ‘Auf el Arâbî, Hammâm Abu-‘Abd-er-Rezzâk, Muğîra f. Hâkîm, alii. Catenas non ultra eum duxerunt, cum auctoritas ejus sufficeret, atque Nasâius aliique ei fidei testimonium tribuerunt. Magno in honore domi videtur fuisse. Sic Hamdânîus³ in Şan‘a describenda etiam Wahbii mentionem facit, cum ex nobilissimis filiis ejus esset. E Jâqûto (III, p. 427) etiam apparere portam ejus a nomine appellatam fuisse.

Teste Ibn-Chaldûnio⁴ natione Judaeus fuit; etiam En-Nadîmius⁵ eum in eis Judaeis numerat, qui ad Islamismum transierunt. Sed neque in vitis ejus neque apud Ibn-Coteibam quidquam ea de re invenimus. Cum vero Dehebius (p. 439 l. 4) tradat iam Munabihum Muhammedis aetate ad fidem huius transiisse, Ibn-Chaldûnio et En-Nadîmio nullam fidem esse habendam putaverim.⁶

¹ Bochâri II, p. 331, 332, 354, 357 bis, 361 &. Tha‘l. p. 136 l. 9, 138 l. 4.

² Ibn Hišam, Tigân f. 9 a sup.

³ Gezîrat-el-‘Arab p. 56 l. 7.

⁴ Muqaddime ed. Quatremère II, p. 179 l. 3 sq.

⁵ Fihrist p. 22 l. 6.

⁶ Ceterum is, qui anno 34 p. h. in Arabia natus est, omnino Judaeus esse non potuit, si Judaei etiam ex Jemeno, ut ex Arabia septentrionali utque Christiani ex urbe Neğrân, ab Omaro depulsi sunt. Sed in libris, in quibus res

Tamen domi vix ei facultas defuit fabulas et traditiones Judaeorum Christianorumque cognoscendi, cum veri dissimile sit incolae, etsi Muhammedani exstitissent, tam brevi tempore omnium

Judaeorum describuntur, nihil de hac re, quae magni momenti est, invenimus. Graetzius (Geschichte der Juden² VI, p. 274), res Judaeorum Jemenensium aetatis Maimonidis tractans: *In Arabien*, inquit, *gab es ebenfalls jüdische Gemeinden, obwohl sie der erste (sic!) Chalife daraus verbannt hatte*; itaque videtur putasse Chalifam illum Judaeos etiam e Jemeno expulisse. Quid eum ad hanc sententiam adduxerit nescio.

Concedo quidem quaestionem hanc difficilem esse ad diiudicandum. Neque enim quidquam de hac re apud scriptores Arabes invenimus. E verbis Omari ad Ja'lam f. Omajjae de Christianis Negranensibus expellendis: **إِنَّا نَكْبِلِيَهُمْ بِأَمْرِ اللَّهِ وَرَسُولِهِ أَنْ لَا يُتْرَكَ بِبَيْتِ بَرَّةِ الْعَرَبِ دِينَانِ** (Tab. p. 2162 l. 18 sq.) cogere quidem potueris Judaeos Jemenenses tum iam expulsos esse aut item ut expellerentur decretum esse; sed mirum est de his ipsis nusquam quidquam traditum esse. Etiam e libris Judaeorum Jemenensium illa aetate conscriptis nihil relictum est, cum in multis insectationibus, praesertim anno circiter 1550, quo San'ae expulsi sunt, omnes memoriae perierint (Ebhen Sappir I, f. 100 b). Itaque traditiones solas, quae nunc apud Judaeos Jemenenses versantur, quamquam haud magna auctoritas eis attribuenda est, respicere possumus. Apud Sappirum igitur (f. 99 b) haec scripta videmus: **ימים רבים עשו חילותיו מלחמה עמהם: ולא יכלו להם עד שבא הוא בעצמו בחרבו הקשה ויתנו שמו על משקוף שער העיר ונפתחו לפניו (הגרות רבות מספרים מענין המלחמה הזאת לא עת לספרם) ובחרב נוקמת הכרעים לטבח והרבה מהם הכריעו להמר דתם (כאשר עשה לכלל הממלכות) ולקבל עול מלכותו ורתו ועוד היום מראים על כמה עירות שהם מבני האנוסים ההם ומני אז היו לו ולהבאים אחריו למס עובד** h. e. „Diu copiae ejus (sc. Muhammedis) adverso Marte contra eos bellaverunt, donec ipse venit gladio duro cinctus et nomen suum in superliminari portae urbis (San'ae) inscripsit, qua re valvae se ipsae aperuerunt — multas legendas de hoc bello narrant, quas tempus non est narrare —. Gladio ultore (epitheton hoc e Lev. 26, 25 sumptum est, huic loco non conveniens) eos trucidando prostravit et multos eorum coegit religionem patriam deserere — ut in omnibus regnis fecit — iugumque regni ipsius ac legis subire. Nostris ipsis temporibus multos pagos monstrant, quorum incolae de Judaeis illis vi convertitis descenderint. Illo ex tempore ei (h. e. Muhammedi) et successoribus ejus vectigales erant.“ Similia etiam missionario Stern anno 1856 San'ae narrata sunt (cfr. Magazin für die Literatur des Auslandes 1861 p. 11a).

Cum vero sciamus Muhammedem non ipsum Jemenensibus bellum intulisse, verisimile est traditionem illam de bello ab eo Judaeis Arabiam septentrionalem incolentibus illato sumptam esse. Neque tamen se expulsos esse narrant, quod vix praetermississent, si ipsi quoque emigrare coacti essent. Porro cum vix putari possit eos paulo post rediisse, tamen aetate Beniamini Tudelensis et Maimonidis permulti Judaei illis in regionibus aderant. Quamquam haud nego postea Judaeos immigrasse, ut e nomine Jacobi Fajjumensis elucet (cfr. Neubauer, Mediaeval Jewish Chronicles p. 122).

illarum rerum oblitos esse. Potuit sane fieri, ut Wahbius etiam in Syria esset, ibique Judaeos Christianosque conveniret. Etiam colloquium ab eo cum Mu'awija factum traditur,¹ et adnotationes illae de nominum patriarcharum formis Syriacis, de quibus supra disseruimus, ejusdem rei testimonia esse possunt. Sed primum Mu'awija moriente Wahbius vicesimum quartum demum annum egit. Deinde iam supra, cum de Ka'bo disserebamus, vidimus non omnia colloquia, quae chalfa ille cum quibusdam viris doctis habuisse traditur, re vera habita esse, nisi omnino in hac traditione nomen Wahbii pro nomine Ka'bi traditum est. Tum etiam colloquia Mu'awijae traduntur in Arabia ipsa facta.² Denique a Negranensibus olim Christianis, quorum haud dubie multi Islamismum amplexi erant, pauca illa Syriaca discere potuit.

Praeterea legimus eum Qadarismum secutum esse eamque doctrinam etiam libris scriptis defendisse. Postea autem eam respuisse, quod plus septuaginta libros prophetarum legisset, quibus in omnibus scriptum vidisset: *من جعل إلى نفسه شيئاً من المشية فقد كفر* (1) atque tum gloria pietatis inter Muhammedanos floruisse. Etiam apud Emirum Jemeni, Urwam f. Muhammedis, spectatissimus honestissimusque videtur fuisse. Namque civibus urbis cuiusdam apud illum de praefecto suo questis huius caput adeo verberasse traditur, ut sanguis effluerit. At postea ipse ab Emiro Jûsufi f. Omari et-Thakafi flagellis caesus est. Quod factum est Şan'aae mense Du-l-Higge aut Muḥarram anni 110 aut 111 aut 113 aut 114 aut 116 h.

E libris Wahbii de *قصص الأنبياء* sive *المبتدأ* et de *كتاب الإسرائيليات* et de historia regum Homeritarum iam disseruimus. Sed praeter hos ab Ḥaġi-Chalfa etiam enumerantur: 1) *فتوح* (IV, p. 387 n. 8932), *Expugnationes Arabum*, 2) *قصص الأخيار* (IV, p. 518 n. 9436), *Historiae virorum optimorum* 3) *مغازي رسول الله صلعم* (V, p. 646 n. 12464), *Expeditiones Muhammedis*. Quorum librorum alias nusquam mentionem invenimus.

Insignissimum vero hoc in Wahbio est, quod dixit se multos libros sacros legisse. Modo de illis plus 70 scriptis diximus; apud Ibn-Coteibam (p. 233 l. 8) atque Ibn-Challicanum (l. c.), qui illum

¹ Tha'labi p. 191 l. 31: *قال معاوية لوهب بن منبّه ما الذي كان يُدير ذلك الكرسيّ قال بلبلان من ذهب وذلك الكرسيّ ممّا عمله صنّح الجنتّ.*

² Cfr. Nöldeke, Beiträge zur Kenntnis der Poesie der alten Araber p. 69 sq.

auctorem sequitur, 72 libri commemorantur. In libro et-Tigân (init.) 73 enumeratos invenis. Sed uterque is numerus suspicionem movet, quod in historiis fabulosis saepe reperitur.¹ Atque eo magis intellegemus dicto illi diffidendum esse, si enumerationem librorum illorum cognoverimus. Hisce enim a verbis liber et-Tigân initium capit: حَدَّثَنَا أَبُو مُحَمَّدٍ عَبْدِ الْمَلِكِ بْنِ هِشَامٍ عَنْ أَسَدِ بْنِ مُوسَى عَنْ أَبِي إِدْرِيسَ بْنِ سَنَانَ عَنْ جَدِّهِ لِأُمِّهِ عَنْ وَهَبِ بْنِ مَنْبَهٍ أَنَّهُ قَالَ قَرَأْتُ ثَلَاثَةَ وَسَبْعِينَ كِتَابًا مِمَّا أَنْزَلَ اللَّهُ عَلَى الْأَنْبِيَاءِ فَوَجَدْتُ فِيهَا أَنَّ الْكُتُبَ الَّتِي أَنْزَلَ اللَّهُ عَلَى جَمِيعِ النَّبِيِّينَ مِائَةٌ وَثَلَاثَةٌ وَسِتُّونَ كِتَابًا أَنْزَلَ عَلَى آدَمَ صَكِيفَتَيْنِ بَكْتَابَيْنِ صَكِيفَةً فِي الْجَنَّةِ وَصَكِيفَةً عَلَى جَبَلِ لُبْنَانَ وَعَلَى شَيْثٍ خَمْسِينَ صَكِيفَةً وَعَلَى إِخْنُوخَ وَهُوَ إِدْرِيسُ ثَلَاثِينَ صَكِيفَةً وَعَلَى نُوحٍ صَكِيفَتَيْنِ صَكِيفَةً قَبْلَ الطُّوفَانِ² وَعَلَى هُودٍ أَرْبَعًا وَعَلَى صَالِحٍ صَكِيفَتَيْنِ وَعَلَى إِبْرَاهِيمَ عَشْرِينَ صَكِيفَةً وَعَلَى مُوسَى خَمْسِينَ صَكِيفَةً وَهِيَ الْأَلْوَاخُ الَّتِي قَالَ اللَّهُ تَعَالَى * إِنَّ هَذَا لَفِي الصُّحُفِ الْأُولَى صُحُفِ إِبْرَاهِيمَ وَمُوسَى³ وَأَنْزَلَ عَلَى دَاوُدَ الرُّبُورَ وَعَلَى عِيسَى الْإِنْجِيلَ وَعَلَى مُحَمَّدٍ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَآلِهِ الْفُرْقَانَ⁴.

Ab Ibn-Hiṣāmio et Ibn-Coteiba voces صكيفة et كتاب non distinguuntur. In libro Fihrist eo distinentur, quod libro uni complura folia addicuntur. At in hoc quoque libro cum primum videamus scriptum أَنْزَلَ اللَّهُ تَعَالَى مِنَ الْكُتُبِ مِائَةَ كِتَابٍ وَأَرْبَعَةَ كُتُبٍ (صُحُفٍ) numerus cum numero 104 convenit, ut auctor ipse de his rebus incertus fuisse videatur. Quod vero omnino scriptores voce صكيفة hîc utuntur, hanc arbitror esse causam, quod iam Muhammed eam de libris a Deo hominibus enuntiatis adhibuit,⁵ atque prima quoque Corani collectio sic nominata est.⁶

¹ Cfr. Steinschneider in ZDMG IV, p. 145 sq. ²

² Cod. Br. hoc loco verba وَأُخْرَى بَعْدَ الطُّوفَانِ habet.

³ Sur. 87, 18 sq.

⁴ Ibn-Coteiba (p. 27 inf.) modo centum et quattuor libros memorat: 50 Sethi, 30 Henochi, 20 Abrahami, pentateuchum Mosis, psalmos Davidi, Evangelium Jesu, Forḳānum Muhammedis. Eisdem numeros etiam Fabricius (Cod. pseudoep. V. T. II, p. 8) e Gabriele Sionita e Jacobo ben Sidi habet, sed per errorem Setho 10 libri pro 20 attribuuntur, quem numerum etiam computatio desiderat. In Fihristo (p. 22 l. 17 sqq.) eadem quidem summa invenitur (104), sed numeri foliorum singulis prophetis revelatorum differunt.

⁵ Sura 53, 37; 74, 52; 80, 13 al. Cfr. etiam Hirschfeld l. c. p. 11 cum nota.

⁶ Nöldeke, Geschichte des Qorāns p. 193 not. 1.

Sed ubi Wahbius 73 libros sacros et in his 163 commemoratos invenit? Tum quid numeri librorum singulis patriarchis adscriptorum sibi volunt? Duos libros Adami totidemque Noae concedo fuisse; at quinquaginta libri Sethi!¹ libri Húdi ac Šálihi! Quinquaginta vero libri Mosis! Vocabulum خمسين hoc loco non e corruptum esse computatio docet. Neque id verisimile est Wahbio ספרות obversatas esse, quae ad quinquaginta sunt. Namque vox كتاب non ut vox latina „liber“ aut nostra „Buch“ etiam partem maiorem libri (= باب), sed solum librum totum significat.

Quin etiam dicit, quid unus e libris illis contineat, isque liber Henochi syriace conscriptus. Sed legamus verba ejus! (Tigân f. 13a l. 3 sqq.): قال وهب وإدريس النبيّ أوّل من كتب بيده من أهل الدنيا أنزل الله عليه الكتاب السريانيّ وعلمه إياه جبريل فأوّل ما أنزل الله عليه بسم الله الرحمن الرحيم في صحيفةٍ وبعده في صحيفة *شَهِدَ اللَّهُ أَنَّهُ لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ وَالْمَلَائِكَةُ وَأَوَّلُ الْعِلْمِ قَائِمًا بِالْقِسْطِ لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ الْعَزِيزُ الْحَكِيمُ ثُمَّ أَنْزَلَ عَلَيْهِ ابْنِ آخِرَهَا النِّخْ Itaque rectius est negare eum notitias biblicas e libris scriptis hausisse. Haud paucas sane traditiones, ut infra videbimus, et a Judaeis et a Christianis accepit, sed hoc verbis modo factum est. Tum haud dubie multa a semet ipso excogitata adiunxit, ut verbis ejus (Tab. p. 8 l. 20 sq.): قد خلا من الدنيا خمسة آلاف سنة وستمائة سنة إني لأعرف كل زمان ما كان فيها من الملوك والأنبياء assentiri non possimus. Rectius hoc est, quod Dehebius eum dixisse tradit (l. c. p. 439 l. 5): „Abdallah f. Salâmi doctissimus fuit aetatis suae, et Ka'bus doctissimus aetatis suae; nonne eum vidisti, qui doctrinam horum duorum virorum in se coniunctas teneat?“ „Dicit videlicet de se ipso“ Dehebius addit. Nam re vera eis scientiis, quibus illi floruisse a multis traduntur, eos superavit.

Quae ex eo narrantur, totam historiam biblicam complectuntur, multosque per libros dispersa sunt. Nonnulla iam in primo dissertationis libro tractavimus (p. 8), dicentes ea, quae Wahbii nomine de aetatibus ac serie patriarcharum tradantur, paucis exceptis, cum verbis biblicorum congruere. Tum adnotationes ejus de formis Syriacis

¹ Epiphanius, haer. 39, 5: ἐξ ὀνόματος μὲν Σηθ ἐπὶ τὰ λέγοντες εἶναι βιβλους.

² Cor. 3, 16.

dubie dicto huic subest, quod Kiddušin f. 49b scriptum videmus: עשרה קבין יופי ירדו לעולם תשעה נטלה ירושלים ואחד כל העולם כולו. Causa vero ejus rei, quod locum Hierosolymorum Josephus excepit, summa illa Arabum de Josephi pulchritudine opinio fuit.¹

Tum secundum Tab. p. 361 l. 13 uxor Jobi fuit Jacobi filia nomine ليا. Sed cum omnino nomina peregrina apud Tabarium ut in ceteris libris Arabicis corrupta inveniuntur, verisimile est etiam ليا non primitivam formam — Ibn-Coteiba p. 21 l. 6 inf. اليا exhibet — sed paulatim nomini لاء adaequatam esse. In Talmudo autem et Midraśo versibus Gen. 34, 7 cum Job 2, 10 comparatis dicitur:² דינה אשתו של איוב היתה sit, quis dubitet!³

Etiam illud Iobum Romanum fuisse secundum Wahbium narratur (Tha'l. p. 96 l. 23). Mira quidem haec sententia! Tamen existimo ei aliquid e scriptis Rabbinorum depromptum subesse. Primo ea fortasse sententia apud Arabes orta est Iobum e posteris Esavi esse, voce עוי, quod nomen patriae Iobi fuit, cum عيص i. e. Esau commixta.⁴ Tum vero Arabes more Rabbinorum Esavi posteros ac Romanos esse eosdem iudicantes⁵ dixerunt Iobum Romanum fuisse.⁶

Memorable vel hoc est (Tha'l. p. 8 l. 32): قال وهيب بن منبّه: أولها سماء الدنيا ديناح والثانية دينا والثالثة ربيع والرابعة فيلون والخامسة طعطاف والسادسة سمساق والسابعة اسكافاقل سبعة رقيهون هو ويلون رقيه شחקيم وبول معون مכוون. Legimus enim Chagíga f. 9b: ערבות. Ne sint sane nomina haec talmudica plane illic repetita,

¹ Tha'l. p. 68 l. 27 sqq.

² Soṭa Jeruśal. lib. 5 fin. (ed. Žitomir 1867 f. 25 b inf.); Midr. Rab. Genesis 19, 12; Jalkut Iob 891, 904 inf.

³ Inter اليا Ibn-Coteibae et دينا differentia haud permagna est, cum littera ا a multis scribis curvetur.

⁴ Ab Hieronymo (Quaestiones Hebraicae in libro Geneseos ed. De Lagarde p. 35 sup.) tum in Midraśo (Gen. Rab. 57, 4) etiam nomen viri עוי e Gen. 22, 21 sumptum cum Iobo coniungitur. Falso autem in commentario פירוש מהר"ו in editione Midraśi Vilensi expresso (I, p. 230 inf.) locus Midraśicus ita explicatur, quasi Iobo ipsi nomen עוי additum fuerit; rectam interpretationem invenis in commentario קרבן העדה ad locum e Talm. Hierosolym. citatum.

⁵ Cfr. Midraś Tanchuma f. 6 b; אדריאנוס מלך אדום; Tigān f. 65 a l. 3 inf. sq.: وإلإسكندر من بنى دولا(د?) من ولد عيص.

⁶ Cfr. etiam Hottinger l. c. p. 36; Ascoli in ZDMG XV, p. 144.

⁷ Cfr. etiam Geiger l. c. p. 65 inf.

tamen vix dubitari potest, quin voci رقيع vox רקיע, וילון — פילון, اسحقائيل — اسحقائيل subsit.¹

Etiam in annotationibus de primordiis rerum (أوائل), quorum collationes, e libris veteribus praecipue in Ibn-Coteibae libro inveniuntur, Wahbius imprimis auctor citatur. Nonnulla iam Gosche de his rebus disseruit,² qui iure antiquissimam illorum primordiorum formam in Gen. 4, 20—22, 26 posuit. Quod Goldziher³ opponit libros toledôth non libris Awâil, sed libris Ansâb respondere, quamvis per se iustum sit, ad hanc quaestionem non pertinet, illis dumtaxat versibus a Goschio respectis. Neque tamen ullo modo monstrari potest, qua versus illi Geneseos cum libris Awâil cohaereant. Immo ad hos explicandos Midraś Tanchuma Par. Noa cap. XIV citando est, quod totum primordia, أوائل Arabicus similia, exhibet. Nonnulla etiam in libros Arabum irrepserunt, ut Ibn-Coteiba p. 16 l. 12 legimus: قال وهب كان إبراهيم أوّل من أضاف الضيف . . . وهو أول من شاب وأברהام התחיל בוקנה . . . ובפונדק⁵ (فندق) (πανδοκειον).⁶

¹ Ibidem p. 9 haec nomina coelorum inveniuntur: برقيع (Cod. Pet. 197: (ازبيلون) فيلون, (مراعون) المعون, قيدوم, الوقيع (عربون = عاروبين = عاروس, (شحكيم = الساحقون) الاحقاق (عربون = عاروبين = عاروس).

² „Die Kitáb al-awâil, eine litterarische Studie“ in libro, cui titulus est: Festgabe zur XXV. Versammlung deutscher Philologen, Orientalisten und Schulmänner in Halle a. d. S.

³ Der Mythos bei den Hebräern, p. 258.

⁴ Cfr. etiam Tab. p. 347 l. 17 sq.

⁵ De origine prioris primordii cfr. Sanhedrin 170 b, alterius Jalqut Gen. 95.

⁶ Ex hoc loco Midraši simul intellegere licet, quomodo primordia illa orta sint. Legimus enim: נח התחיל בנטיעה דכתיב ויטע כרם ובארורה ארור כנען וג' h. e. „Noe coepit serere, nam scriptum videmus: „Et sevit vinetum“ (Gen. 9, 20), tum exsecrari, nam scriptum videmus: „Exsecrandus Kena'an“ (ibid. v. 25) etc.“ Ergo e facto solo alicui in bibliis primum attributo Rabbini superlatione quadam atque traiectione usi initium illius facti ei attribuerunt. Eadem fere ratione postea Arabes utebantur, ita quidem, ut magis etymologia nominum ducerentur.

Sic de rege Homerita يُعْرَب, quamquam e nomine ipso id solum sumere poterant eum arabice locutum esse, dicunt: وهو أوّل مُعْرَب في الناس (Himiarische Kaside, ed. Kremer v. 11), item de Saba وهو أوّل من سبا (v. 13). Quam superlationem non principio sed paulatim atque post factum ipsum de nomine deductum exstitisse arbitrator, atque in eis imprimis hominibus, qui singulari quadam nobilitate fruebantur. Ut in eodem carmine (vss. 12, 25, 27, 36, 38, 53, 61) e nominibus aliorum regum facta sola ducuntur. Porro in Kitáb-

illud mire dictum attulimus, ab Abrahamo non Isaacum sed Ismaelem sacrificio oblatum esse. Apud Tabarium p. 41 l. 10sq. etiam scriptum videmus: حَدَّثَنَا ابْنُ حَمِيدٍ . . . ابْنُ إِسْتَعْقَابٍ قَالَ يَقُولُ أَهْلُ التَّوْرَةِ: ابْتَدَأَ اللَّهُ الْخَلْقَ يَوْمَ الْاِثْنَيْنِ وَنَقُولُ نَحْنُ الْمُسْلِمُونَ فَيِمَا انْتَهَى إِلَيْنَا مِنْ رَسُولِ اللَّهِ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ ابْتَدَأَ اللَّهُ الْخَلْقَ يَوْمَ السَّبْتِ. Itaque putaverim Wahbium — aut Ibn-Abbasium (cfr. Tab. p. 1071 sup.) — rationem illam a Christianis deprompsisse. Nam scriptores Christiani veteres saepe demonstrare conabantur annum 5500 annum adventus salvatoris esse,¹ quem annum a Muhammedanis in suum salvatorem ac prophetam arbitrari esse translatum.

Sed etiam Wahbium veritum non esse historiae biblicae vana affingere multa exempla docent. Jam supra, quod de libris sacris dixerat, tractavimus, tum etiam vidimus ea, quae secundum libros Judaeorum ac Christianorum narrat, persaepe mutata atque depravata esse. Sed eorum quoque locorum, qui illis libris valde repugnant, haud parvus est numerus. Haec exempla sufficient. Apud Thalabium (p. 79 l. paenult.) dicit Josephum cum Pharaone arabice locutum esse; apud Tabarium (p. 539 sup.) successorem Calebi f. Jephunnae (كَلْبُ بْنُ يَوْفَنَّا) Ezechielem f. Buzii (حَزَقِيَّالْ بِنُ بُوذَى) dicit fuisse (!!). Tha'l. p. 166 l. 11 hanc genealogiam Samuelis invenis: وهو بالعبرانية إسماعيل بن بلي بن علقمة بن ماجد بن وهو عموصا بن النهر بن ضون بن علقمة صاحب عموصا بن عزربا cfr. contra 1 Sam. 1, 1. Denique copiosas illas faciei personarum biblicarum descriptiones afferam, quae fide carent, ut Noae (Cot. p. 11 l. 14), Hudi (ibid. p. 15 l. 11), Iobi (Tha'l. p. 96 l. 24), Davidis (Tab. p. 559 l. 16), Salomonis (Tha'l. p. 183 l. 16).

D.

De Ibn-Ishâqio.

Ibn-Ishâqius, cum e quattuor auctoribus, de quibus disputare nobis hic proposuimus, recentissimus sit, eaque aetate fuerit, qua frequens Arabibus cum Judaeis Christianisque usus intercedebat, meliore librorum sacrorum cognitione fuit. Num vero libros hos ipse legerit, apud eum quoque vix pro certo dici potest, etsi e locis

¹ Liber Adami p. 167; Spelunca II, p. 23; Evangelium Nicodemi cap. 19; Josephi Hypermnesticon V, cap. 150 (Fabricius Cod. pseudoep. V. T. II, 339).

ejus cum auctoritate narratis elucet eum multum cum Judaeis Christianisque convenisse, eisque satis literatis.

Nimirum id ipsum, quod a Judaeis Christianisque discere studebat, ab iis Muhammedanis, qui omnia a traditionibus Muhammedis repetebant, ei reprehensioni datum est. Sic Nadîmius (Führ. p. 92, l. 28) de eo dicit: *وكان يتكلم عن اليهود والنصارى ويستبيهم في كتبه وأهل العلم الأوّل وأصحاب الحديث يضعفونه ويتهمونه*. Etiam cate-nae plerumque non ultra nomen ejus ducuntur, itaque Ibn-Chaldûnius eum vel falsarium (مدلس) vocat.¹ Quamquam interdum Wahbii f. Munabbihî, Muhammedis f. Ka'bi Qorazitae, aliorum auctoritatem affert.²

In legendis biblicis narrandis toties citatur, ut nomen ejus apud Tabarium crebrius exstet quam alius auctoris. Verum ad fidem ejus censendam nonnulla exempla sufficient. Eum recte secundum librum Jubilaeorum nomina uxorum Sethitarum referre iam supra (p. 11 sq.) monstravimus. Memoratu dignum etiam hoc est numeros aetatum Sethitarum ab eo relatos³ cum textu Hebraico congruere, non cum versione septuaginta, quae dicitur, interpretum. Numeri annorum Methusalae et Lamechi soli a bibliorum discrepant, sed hoc per errores scribarum ortum esse vel inde elucet, quod computationes numerorum inter se non congruunt. Tum quae apud Tabarium p. 540 de Elia narrat, e narratione bibliorum pendent, quamquam ultra hanc continuantur. Inveniuntur illic nomina احاب, ايزبل, اليسع; praeterea verbis (ibid. p. 541 sup.) *وقد سمعت بعض أهل العلم يقول ما كان يعلى إلا امرأة* illud „ἡ Βααλ“ admonemur. Quin etiam, cum in Corano (Sur. 29, 13) per errorem Muhammedis legamus Noëm iam ante diluivium 950 annos vixisse, quae sententia viris doctis Muslemicis verbis Corani contradicere non audentibus maximam molestiam attulit, Ibn-Ishâqius dicit Noëm omnino tot annos vixisse (Tab. p. 198 l. 14 sq.): *قال فكان جميع عمر نوح ألف سنة إلا خمسين عامًا ثم قبضه الله عز وجل إليه.*

¹ Muqaddime II, p. 162 l. 4. ² Tab. p. 298, 484, 486, 487 al.

³ Tab. p. 164 l. 17 sqq.; 165 l. 10 sqq.; 172 l. 18 sqq.; 176 l. 10 sqq.

⁴ Haec non e sententia Judaeorum vel Christianorum sola dicta esse inde apparet, quod quae secundum illos antea citat, non opinioni Muhammedis repugnant. Nam etsi Noe post diluivium 348 annos egit, tamen antea 950 annos vixisse potuit; tum e forma verborum ipsorum elucet illa ex ipsius quoque sententia dicta esse.

Etiam in historia Abrahami, cum alias legamus idolis concisis securim summi idoli collo iniectam esse,¹ Ibn-Ishâqius cum Gen. Rab. 38, 12 congruens dicit (Tab. p. 260 sup.) حتى إذا بقى أعظم صنم منها ربط الغأس بيده. Item fabulam de loculo Josephi e Nilo arcessito Tab. p. 486 secundum eum narratam in Soṭa 13 a; Exodus Rabbah 20, 19; Tanchuma Par. Besallach cap. II reperimus, ubi anui illi nomen סרה בת אשר est.

Tum in genealogia Mariae (Tab. p. 712 l. 10 sqq.) prima pars catenae e genealogia Josephi (Matth. 1) capta est, id quod iure factum, cum in libris apocryphis posterioribus Maria Deipara filia Annae, filiae Mathani dicatur fuisse.² Tamen Coranum sequens parentem Mariae Amrânium nominat. Quae porro ejus cum auctoritate (p. 720 sqq.) de Johannis Baptistae nece, quam postea Nebuzaradanus (!) ultus sit, narrantur, modo per errorem e nece legendaria Zachariae, Johannis patris, sumpta sunt, in quem iam Patres necem Zachariae filii Jojadae³ et fabulam de sanguine ejus vindicato⁴ transtulerunt.⁵

Sed ne ab Ibn-Ishâqio quidem omnia e fontibus Judaicis vel Christianis videntur esse repetita. Multa enim ejus dicta traduntur, quae aut hisce in libris non exstant, aut argumento eorum oppugnant. Partim errores illi falsis conclusionibus orti sunt, ut illa, cuius iam mentionem feci, sententia Muhammedanos initium creationis in die Veneris, Judaeos in die Solis, Christianos in die Lunae ponere. Immo etiam hos, ut Judaeos, diem Solis non ultimum hebdomadis diem, sed primum ducere atque initium creationis in eo ponere⁶ notum est. Alia unde repetita sint, nescio, sicut quod dicit, patrem Jethronis Michaëlem nominatum esse (Tab. p. 365 l. 4). Denique quod tradit sibi narratum esse (ذكر لى والله أعلم) Josephum a suis undeviginti annos separatum fuisse (Tab. p. 413 l. 11 sq.) cum ratione ex argumento bibliorum ducta non quadrat, cum secundum hanc disiunctio illa viginti duorum fuerit annorum.

¹ Pm. 626 f. 59 b l. ult.; Beidh. I. p. 619 l. 3.

² Cfr. Hofmann, Leben Jesu p. 7 inf.

³ 2 Chron. 24, 20—22; Mat. 23, 35; Luc. 11, 51; de nominibus patris apud Mat. et Luc. inter se discrepantibus cfr. Weiss, Das Matthäus-Evangelium⁸, p. 391 not.

⁴ Gittin f. 57 b; supra p. 12.

⁵ Cfr. Hofmann, l. c. p. 132 sqq.; Fabricius. Codex apocryphus Nov. Test. I, p. 120 sqq. nott. — ⁶ Cfr. Bar-Hebraei Chronicon, p. 3.

Certe iam Ibn-Ishâqii aetate aut non multo post biblia in linguam Arabicam versa sunt, ut tum Arabibus ipsis liceret ea legere. Tamen a posterioribus quoque scriptoribus loci bibliorum falso citantur (cfr. supra p. 14, 26, al.). At de hac re iam Goldziher (ZDMG XXXII, p. 356sqq.) fuse tractavit.

III.

Legendae propheticae
ab Arabibus excultae quantum ad effingendas litteras Hebraicas
contulerint.

In eis dissertationis, quas adhuc tractavimus, partibus id solum a nobis disputatum est, cuius momenti in fabulis biblicis apud Arabes effingendis legendae et Judaeorum et Christianorum fuerint. Jam vero id rursus investigaturi sumus, num postea in libros Judaeorum Christianorumque ipsorum fabulae illae ab Arabibus excultae irrepserint.

Quod fieri potuisse facile est intellectu. Cultu enim atque humanitate apud Arabes enatis Judaei Christianique nimis auctoritate eorum ducebantur atque regebantur, quam ut his in rebus eos non sequerentur. Neque tamen ulla prorsus huius rei vestigia apud scriptores Christianos orientales reperiuntur. Ei quidem libri, qui florentissimis Arabum litteris ab his conscripti atque nostram ad memoriam servati legendas biblicas tractant, ut Chronicon Bar-Hebraei aut Eutychiei, prorsus de bibliis et libris pseudoepigraphis dependent.

Sed plane contrariae sunt litterae Judaeorum posterioribus mediae aetatis saeculis conscriptae; id quod et principatu illo Arabum inde a saeculo nono omnibus litteris excellentium et ea re factum esse puto, quod Judaei plurimis libris pseudoepigraphis

et apocryphis repudiatis libere aliunde fabulas novas recipere poterant.

At hîc in magnam incurrimus difficultatem. Nonnulli enim libri, cum non certe sciamus, quo tempore conscripti sint, vix dici potest, utrum in Arabum litteras irrepererint an e libris Arabum hausti sint.

His de libris primus nobis liber פרקי דרבי אליעזר tractandus est. Qui liber pseudoepigraphice Eliesero, Hyrcani filio, quem etiam Elieserum Magnum nominant, attribuitur; re vera octavo vel nono saeculo in oriente conscriptus est,¹ ut auctor aut fabulas Arabicas receperit aut a fabulatoribus Arabum susceptus sit. Cum in eo iam nomina עיסה et פטומה reperiantur, credideris auctorem fabulis Arabicis usum esse.² At eam ipsam ob causam, quod haec nomina uxoribus Ismaëlis attribuuntur, quae uxorum Muhammedis fuisse nemo Muslemicus ignorabat, negandum est sententiam illam a Muhammedanis profectam esse. Immo auctor, qui etiam aliis personis nusquam alias nominatis nomina attribuit (cfr. cap. 25), uxoribus Ismaelis, Arabum proavi, nomina 'Âîsâe et Fâtîmae indidit, quae haud dubie apud Arabes saepissime audivit.³ Eandem ob causam etiam auctor libri Hajjašar (ibid.) liberis Ismaëlis nomina עמי (עמי), עבד מלך, (عبد الملك), מחמד, עבד חמיד, עבד חמיד, עמי, etc. imposuit.

¹ Zunz, Gottesdienstliche Vorträge, p. 275 sqq.

² Nomina haec aliis in libris aliter scripta sunt. In targumo pseudoionathaneo ad Gen. 21 v. 21 formae ערישה et פטימה exstant, in libro Pirke de-Rabbi Elieser עיסה, עישה, עיפה — פטומה, in Jalquto (cap. 97): עשייה, in libro Hajjaschar (ed. Varsov. p. 44 l. 25) רישה Beer (Leben Abrahams, p. 172 not. 563) formae פטימה ערישה nomen Ḥadiġae, עישה fortasse nomen Ghaziae *eine von den Frauen, die Mohammed wieder verstieß* (welches zur folgenden Erzählung passen würde), עיפה nomen Ḥafzæ (!) subesse opinatur. Sed praeterquam quod vix verisimile est auctores illorum librorum tam accuratam cognitionem gynaeconitidis Muhammedis habuisse, derivationes illae nominum longius repetitae sunt. Immo omnes has formas e forma עישה corruptas esse puto. In libro Pirke de-Rabbi Elieser error formae עיפה e Gen. 25, 4 aut inde ortus esse potest, quod haec vox paulo ante reperitur (ועיפה נפש ישמעאל). Ceterum in priore libri Zunziani editione nomen עיסה „Isa“ transcribitur, in altera (p. 288 not. a) verba l. *Ajescha* . . . *Mohammeds Wittwe* in uncis adiuncta sunt. Cur „vidua“? An Âîsa vidua modo, numquam uxor Mohammedis fuit?

³ Utrum haec nomina post librum Pirke de-Rabbi Elieser conscriptum in targum pseudoionathaneum saepe intercalatum (cfr. Geiger. Urschrift, Excurs II) irrepererint an antea, vix demonstrari potest.

Neque tamen nego fieri potuisse, ut historia illa de Abrahamo Ismaëlem in desertis visitante, quae admodum deserta redolet atque iam in traditionibus Muhammedis narratur¹, apud Judaeos Arabiam temporibus anteislamicis incolentes orta atque a Muhammede recepta ab Arabibus ad caeteros Judaeos perveniret.²

Contra in librum, cui inscriptum est ספר הישר, haud dubie multa e libris Arabicis recepta sunt. Id iam Zunzius (l. c. p. 156 not. e) cognovit praesertim multis nominibus Arabicis, quae in libro exstant, adductus. Verumtamen Geiger, id quod maxime mirum est, sententiam illam non amplexus dicit³ fabulam de Josepho coranicam e libro illo depromptam esse (l. c. p. 143 sq.); quamquam hic Potiphari uxori nomen זליכח (וליכה) inditum est.⁴

At multa exempla huius libri docent, non modo Coranum, sed etiam doctrinas ac libros Muhammedanorum posteriorum in eo respecta esse. Sic scriptor viros nobiles suos quadragesimo aetatis anno, ut ita dicam, munera ineuntes facit. Ut p. 6 de Qainâno dicit: ויהי בן ארבעים שנה ויהם וידע והשכל וג'. Item p. 14 Nimrodem annum quadragesimum agentem coronatum esse narrat. Respondet enim hoc sententiae Arabum prophetas semper quadragesimo anno prodire. Tum praecipue ad legendas de Abrahamo narratas auctoritas Arabum videtur pertinuisse. Proximum sane libri Hajjašar fontem fuisse puto historiam illam sub titulo מעשה אבינו אברהם postremum a Jellinek editam⁵, quam editor ipse e lingua Arabica versam esse cognovit. Verum auctor libri Hajjašar hanc historiam non verbotenus prosecutus est, sed valde exornavit atque auxit.⁶

Abrahami patrem ducem Nimrodís exercitus (שר צבא נמרוד) dicit fuisse; Arabum enim sententia Azar Nimrodís vezirus fuit.

¹ Bochâri II, p. 343 med. sqq.

² Jalqut (cap. 95) מדרש solum citat fontem.

³ Adnotare velim Zunzium non, ut Geiger, Was hat Mohammed etc. p. V dicit, hunc librum *in einer etwas jüngeren Zeit als die Abfassung des Korans* sed saeculo duodecimo (p. 156) ortum esse dicere.

⁴ Post hos auctores liber non amplius tractatus est. Dissertatio „Über Bedeutung, Inhalt und Alter des Sefer Hajjaschar“ a H. Franke composita de libro Jos. 10, 13; 2 Sam. 1, 18 citato disputat.

⁵ Beth-Hammidrasch I 25 sqq.

⁶ Cfr. p. 20 maximam verborum turbam, qua verba historiae illius: שאל (فَسَأَلُوهُمْ إِنْ كَانُوا يَنْظُرُونَ) (Cor. 21, 64) exornavit.

Neque veri dissimile est, etiam totam illam fabulam de stella, quae Abrahamo nascente oreretur, atque de infantibus a Nimrode trucidatis apud Arabes ortam esse. Haecce enim fabula ex historia infantiae Jesu videtur fluxisse, Judaei autem, ut iam dixi, parum historiam Christi noverant, quam ut quidquam ex ea promere possent. Jellinek quidem opinatur fabulam hanc iam libro „Bere-schit Rabbati de-Rabbi Moſe had-Darsân“ exhibitam fuisse (l. c. II, p. XXXII); at hic quoque liber haud dubie exeunte saeculo undecimo conscriptus est.¹ Deinde fabulam de Abrahamo ex astris orientibus atque occidentibus Deum noscente iam in Corano (VI, 76 sqq.) reperimus, atque item a Judaeis inter Arabes sidera adorantes habitantibus exulta videtur esse. Aliud testimonium est, quod proprie dicit vincula modo Abrahami in foco esse combusta (p. 22).²

Sed in Josephi quoque historia narranda multa ab Arabibus recepta sunt, qui ob suram Josephi, quam pulcherrimam omnium esse propheta ipse confirmasse traditur, in fabulas illas praeter ceteras animos intenderant. Neque ullo modo comprehendere possum Geigerum iudicasse, historiam in Corano narratam e libro Hajjaſar esse haustam (p. 143 sqq). Nam primum in antiquioribus libris Hebraicis forma coranica legendae non reperitur. Porro narratio illa de mulieribus Aegyptiis adeo pulchritudinem Josephi admirantibus, ut cultris, quibus fruges secabant, ipsae se vulnerarent, ingeniosius excogitata est, quam quae ab Haggadista quodam ignobili inventa sit. Praeterea in libro Hajjaſar multa reperimus, quae ne in Corano quidem exstant, sed in posterioribus libris Arabum legendariis. Sic p. 75 narratur, Josephum cum Ismaëlitis sepulcrum Rahelis praetereuntem sese in tumulum matris praecipitasse atque magna voce res adversas lamentatum esse. Non modo factum ipsum, sed etiam, quae dicit, verba, atque, quae tum ex sepulcro audit, quadrant cum Pm. 626 f. 81 a l. 6 inf. sqq.³

¹ Zunz l. c. p. 287 sqq.

² Cfr. Tha'labi p. 49, l. 24; Beidhâwi ad Cor. 21, 69.

يا أُمَّاهُ (sic!) أَرَفَعِي رَأْسِي مِنَ التُّرابِ وانظري إِلَيَّ وَلَدُكَ مَقْيِدٌ
مَغْلَعَلٌ (مَقْيِدًا مَغْلَعَلًا: Cod.) يا أُمَّاهُ إِخْوَتِي فِي التُّجِبِّ طَرَحُونِي وَعَنْ
أَبِي فَرَقُونِي (أَفْرَقُونِي: Cod.) وَبِأَبْتِخَسِ ثَمَنِ بَاعُونِي وَلَمْ يَرِاقِبُوا صِغَرَ سَتِي
وَلَا رَحْمُونِي.

et cum Tha'l. p. 74 l. 10 sq. Deinde singula-in narratione de Zu-leichae Josepho persuadentis magis cum verbis Tha'l. p. 75 l. 10 sqq. et Pm. 626 f. 86 b l. 14 sqq. quam cum Joma 35 b congruunt. Illis enim in libris Potiphari uxor animum ejus blanditiis tentat,¹ híc minis. Tum fabula de infante pro Josepho testante, quae, etsi verbis coranicis supponi potest (Geiger l. c. p. 145 sq.), tamen posterioribus demum in operibus invenitur,² in libro Hajjašar (p. 81) ex his videtur esse sumpta.

Praeterea nonnulla opuscula midrašica exstant, quorum aliud maiorem, aliud minorem partem ex operibus Arabum continet. Haec Jellinek in corpore opusculorum midrašicorum, quod Beth-Hamidrasch inscribitur, editit atque praefationibus instruxit.

Quarum narratiuncularum prima est: מעשה אברהם אבינו ע"ה ממה שאירע לו עם נמרוד (I, p. 25—34). Originem ejus Arabicam esse Jellinek recte cum ex aliis figuris ac verbis, tum e verbis אמר המניד (= قال قائل), quae saepe sententiis praescripta sunt, intellexit. Sed vocum קולצני (morbus quidam) et מראבוקי (ballista), quas Jellinek item indicia originis Arabicae ducit, prior nullo modo Arabica est,³ tum haec narrationis pars in operibus Arabicis aliter narratur. Altera vero vox certe occidentalis est,⁴ atque in narrationibus Arabicis loco huc spectante vocem *منجنیق* (*μπαγγάτικον*) invenimus.⁵ Tum quod Jellinekio verisimile videtur, primum narrationis exemplum ex usu Islamismi compositum esse, quo Arabes idololatrae converterentur, haud nimiam rerum Arabicarum scientiam redolet.

Quod vero suspicabamur narratiunculae huic toti fabulas Tha'labianas aut Kisaianas subesse comparatione facta non comprobatum est. Immo auctor aut ipse nonnulla adfinxit aut ex historia ab illis discrepante hausit. Sic in fabula Hebraica Nimrod magnas aedes eo ipso consilio construi iubet, quae omnes gravidas mulieres reciperent; tum Terachus de graviditate Abrahami matris miraculo celatur. Contra Tha'labius (p. 46 inf.) id solum narrat

¹ מה יפה מאד שער ראשך — מא' احسن شعرك

² Tha'l. p. 76; Pm. 626 f. 88 a.

³ Nescio an verbo huic vox קולום = κῶλον (vid. Levy, Neuhebr. u. Chald. Wörterb. s. v.) subsit.

⁴ Cfr. Du Cange VIII, p. 140 sq. s. v. Trabuchetum (trabuchus, trabucus etc.)

⁵ Tha'l. p. 49 l. 9; Beidhāwi ad Cor. 21, 69.

Nimrodem mulieres gravidas clausisse, tum patrem idcirco gravitatem matris non sensisse: لاَّتَمَّا كَانَتْ جَارِيَهُ حَدِيثَةَ السَّقِّ لَمْ تَعْرِفِ الْحَبْلَ وَلَمْ يُبَيِّنْ فِي بَطْنِهَا. Etiam Abrahami cum carceris custode conventus in historiis Arabicis non narratur.

Alterius de Abrahamo historiae in tomo secundo p. 118 sq. editae auctor nihil e fabulis Arabicis videtur recepisse. Habet sane fabula haec aliquam similitudinem cum قِصَّةَ إِبْرَاهِيمَ أَبُونَا عَمَّ، cuius Jellinek p. XXXIII sq. exemplum edidit; at haec quoque a Judaeo composita est, id quod iam cognomine أَبُونَا efficitur Judaeis semper fere (= אַבְרָהָם אֲבִינוּ), ab Arabibus numquam adhibito. Sic quod has secundum narrationes Nimrod in somnio vidit planetam Jovis quattuor astra se circumeuntia devorasse, tum quod narratur, Nimrodem Teracho filium auro expendisse, in historiis Arabicis non exstat. Quamquam alia facta in fragmento Arabico narrata, quantum quidem e pessima atque mendosissima editione textus videri possit, ex Muslemicorum operibus hausta sunt.

Etiam דְּבַרֵי הַיָּמִים שֶׁל מֹשֶׁה רַבֵּינוּ ע"ה (Beth-Hammadrasch II, 1—11) nihil e libris Arabicis receptum ostendit. Quae in illa historia cum his communia inveniuntur, et a scriptore Hebraeo et ab Arabibus ex fontibus midraśicis vetustioribus hausta esse possunt. Jam in initio somnium Pharaonis differt a Tha'l. p. 105 l. 29 sq. Tum ubi angelus Mosem infantem a Pharaone servaturus intervenit, certe, si historia scriptis Arabicis deprompta esset, Gabrielus nominaretur, qui etiam in Midraś Rabbah hoc loco nobis occurrit. Tum fabulam arabice conscriptam (قِصَّةَ سَيِّدِنَا مُوسَى), cuius Jellinek II, p. X sq. exemplum edidit, e lingua Hebraica translata esse haud necesse est. Verba (מֹשֶׁה רַבֵּינוּ = سَيِّدِنَا مُوسَى) Judaicam quidem originem monstrant, at fabula ab Arabe Judaeo, qui et Judaicas et Arabicas historias novit, composita esse potest. Neque memoratu indignum est hinc iam Gabrielem introductum esse.

Historia vero, quae sub titulo מַעֲשֵׂה הַנְּמִלָּה in tomo quinto p. 22—26 edita est, nullam nisi materiam Arabicam exhibet, etsi ex oratione ipsa concludi non potest eam versionem esse alius historiae lingua Arabica conscriptae. Atque fabulam illam de Salomone formicas conveniente, quam alia narratiuncula sequitur, continet. Argumentum opusculi iam Jellinek (p. XII) cum locis e Corano et libro „Rosenoel“ citatis comparavit. Sed ad ea, quae dixit, haec adiungam. De permagno illo tapeti bombyce atque

auro distincto etiam Tha'l. p. 183 l. ult. narrat. In historia Hebraica formicae cum Salomone loquenti nomen מחשמה datum est, quae vox notione videtur carere. Apud Tha'l. p. 185 l. 31 autem apte طالخية, i. e. „obscura“ nominatur. Qua re facile quis verbo מחשמה scripto vocem e radice חשך repetitam supposuerit, ut ויבטלו מחשבה שמשבחין להקב"ה או חשוכה aut simile aliquid. Verba וישתגלן بالنظر إليك عن التسييح in verbis Tha'l. p. 186 l. 1 respondent.

P. 23 l. 11 (והיה הרוח וג') alia fabula inchoatur. Quae res de aquilis grandissimis natu narratur, fabulam Loqmâni in memoriam revocant, atque prorsus illud de spelunca gazis plena atque inscriptionibus ornata ex historia, quae dicitur, Homeritana haustum est, atque eis imprimis ex fabulis, quae de Âditis narrantur. In porta speluncae Salomo hanc inscriptionem dicitur reperisse (p. 25 l. 5 sqq.): (היו יושבין בכבוד ועושר גדול ונשאר הממון והם מתו): והלכו עברו עליהם צרות הזמן נסעו בקברים ולא נשאר להם הליכת רגל אני שראד בן עאד מלכתי על אלף אלפי מדינות ורכבתי אלפי סוסים והיה תחת ידי אלף אלפי מלך והרגתי אלף אלפי גבור ובשעה שבה אלי מלאך המות לא יכולתי עליו וג'. Notum est fabularum Homeritanarum narratores summo studio et amore his in sententiis versari, atque ex libro Tigân (f. 43 b l. 1 sqq.) hanc „inscriptionem“ citare liceat:

أَنَا سَدَّادُ بِنِ عَادٍ عَشْتُ خَمْسَمِائَةَ عَامٍ وَاقْتَضَيْتُ فِيهَا أَلْفَ بَكْرٍ
وَقَتَلْتُ أَلْفَ مُبَارِزٍ وَرَكِبْتُ أَلْفَ جَوَادٍ مِنْ عِنَاقِ النِّخِيلِ وَتَحْتَهُ مَكْتُوبٌ
(كامل)

مِنْ ذَلِكَ بِأَسَدَادٍ عَادٍ أَصْبَحْتُ * إِيْمًا لَهُ مَهْرُومَةٌ (١) الْأَقْدَامُ *
بِأَمِّنٍ رَأَيْتُ إِنِّي لَكَ عَبْرَةٌ * مِنْ بَعْدِ مُلْكِ الدَّهْرِ وَالْأَعْوَامِ *
فَكَأَنِّي صَبِيْفٌ تَرَحَّلَ مُسْرِعًا * وَكَأَنِّي حُلْمٌ مِنَ الْأَحْلَامِ *

1 Vocem يمني ex يمني (= Jemenensis, Homeritanus) corruptam esse puto.

2 Cod.: وافصصت.

3 Cod.: ذلك.

4 Cod.: اما, quod non quadrat. Immo hemisticho hoc fabulam designari puto, qua serpentem primum quadrupedem fuisse, tum vero ei a Deo pedes abscissos esse narratur (cfr. supra p. 23 inf.). Qua ex re, si recte conieci, simul cogi potest, cuius originis atque aetatis hoc et similia poemata „Homeritana“ sint. Ceterum cum verbis huius hemistychi cfr. verba Hebraica modo citata: והיה הרוח וג' ונשאר להם הליכת רגל בארץ.

إِحْدَرُ نَصَارِيْفَ الرَّمَانِ وَرَبِيْبُهُ ١ * لَا تَأْمَنَنَّ حَوَادِثَ الْآيَامِ *
هَلَّا تَضُرَكَ مِنْ كَلَامِي ضَرَّةٌ ٢ * يَا سَاكِنَ الْغِيصَانِ ٣ وَالْأَجَامِ *

Quam secundum historiam Loqmânus item Âdi filius ac Sêddâdi successor fuit.⁴ Judaeo vero auctori has res notas fuisse non est cur miremur, cum fabulae de rege Sêddâdo cum fabulis de Irem-dat-el-'imâd commixtae in libros de legendis propheticis compositos receptae fuerint (cfr. Tha'l. p. 91 sq.).

١ Cod. رننه.

٢ ? — Cod. هلا نضرك من كلامي مرة.

٣ Cod. العيصان.

٤ Tigân f. 44 a sup.

THESES.

1) In Deut. XXXIII, 3 verba **ישאם אברהתיך** **ישא מדברתיך** in **ישאם אברהתיך** emendanda sunt.

2) Mos ille, ut Assyriorum reges, cum regnum Babylonis a Belo ad se deferri volebant, manum statuæ ejus apprehenderent, ex actione *mullû kâtâ* (= **מלא יד**) repræsentanda ortus est.

3) In fabula de Alexandro Magno ab aquilis in aethera sublato legendam de Etana babilonicam nuper ab Eduardo Harper editam contendo esse servatam.

4) In nominibus Jemenensibus **מעדיכרב**, **מליכירב**, **תבערב**, **מכרבם**, **כרבאל**, al., radici **כרב** eadem vis subest ac verbo assyriaco *karâbu* h. e. benedicere.

5) Versionis libri **كليله ودمنه** graecæ titulus: **Στεφανίτης και Ἰχνηλάτης** inde ortus est, quod Symeon Seth verba **كليله ودمنه** pro verbis arabicis habuit, idque **كليله** (loco **إكليل**) = corona = **στέφανος** et **دمنة** = **vestigium** = **ἵχνος**.

6) In libro Kalilag et Damnag ed. Bickell p. 38 l. 16 sq. pro **סמלאלה פהס אהל לה** legendum est **סמלאלה פהס אהל לה**.

7) Quod a gentibus semiticis, Babylonii Assyriisque exceptis, cum in arte poëtica nec epica nec dramatica poësis orta, tum in sculptura picturaque nec natura ipsa nec animalium vita formatae sunt, ad unam eandemque indolis earum proprietatem referendum est.

VITA.

Natus sum, Marcellus Lidzbarski, die VII mensis Januarii anni huius saeculi LXVIII Ploccae, in oppido Russiae, patre Mauritio, mercatore, matre Caecilia, e gente Grossmann. Fidem confiteor evangelicam.

Litterarum elementis Posnaniae et Berolini imbutus auctumno anni h. s. LXXXV classem secundam inferiorem gymnasij Frederico-Guilelmi Posnaniensis adii. Quadrennio post maturitatis testimonium adeptus Berolinum me contuli, ubi numero civium academicorum adscriptus per sex semestria praecipue philologiae semiticae studiis operam navavi. Simul per tria priora semestria seminarium studiorum orientalium, per tria posteriora hospes academiam ad docendas litteras judaicas institutam frequentavi.

Viri doctissimi me docuerunt hi: Diels, Dieterici, Dillmann, Paulsen, Sachau, Schrader, Strack, Winckler, Zeller; Hartmann, Amin Ma'arbes, Hasan Taufiq; Cassel (+), J. Müller. Quibus omnibus, et imprimis viris illustrissimis clarissimisque Sachau et Schrader, quos opera et consilio studia mea adiuvisse pio animo fateor, iustissimas ago gratias et verissimas.



22.

ii
,
r
o
-
s
n
e
a
-





De 13005.

D

ULB Halle

3/1


001 066 048



Nur für den Lesesaal







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

DE
LIGAE DICUNTUR, LEGENDIS
ARABICIS.

POLEGOMENA.

NAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

SSU ET AUCTORITATE
I PHILOSOPHORUM ORDINIS
ERSITATE FRIDERICA GUILIELMA BEROLINENSI
SOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS
M. MAII A. MDCCCLXXXIII
PUBLICE DEFENDIT

AUCTOR

LUS LIDZBARSKI
PLOCCENSIS.

APPERT, Dr. phil.
ROST, Dr. phil.
TÜRK, causarum patronus.

LIPSIAE
GUILIELMI DRUGULINI
1893.

